Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776534-p0001-5

Ef, 8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776534-p0002-1

Matthias Brodtman
m iure possidat

Matthias Brodtman
me

Mala mali malo mala
contulit oia
mundo

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776534-p0003-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776534-p0004-2

# GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS

Cb 1847

## EPITOMES PROSODIAE ET ELEGANTIARVM POETICArum Liber, additis exemplis.



LIPSIAE.

CVM PRIVILEGIO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776534-p0005-7

# GEORGIVS FABRICIVS CHEMNICENSIS, GEORGIO Treptæ, ſororis filio, S. D.

*ACcipe Trepta puer, quæ nunc tibi munera dantur*
*Parua, ſed à ſtudijs non aliena tuis.*
*Nam quia Pierias aſſuetus es ire per artes,*
*Addere noſtra aliquam cura laborat opem;*
*Vt tibi Daphnea cingantur tempora fronde,*
*Ambiat & tenerum digna corona caput.*
*Inprimis pulchro pietatis amore traharis,*
*Proxima ſit, veri mens ſtudioſa, comes.*
*Hinc eat in dulces amor obſequiumq; parentes,*
*Et latus indomitus cingat vtrumq; labor.*
*Cernimus vt nullos humana induſtria fructus*
*Edat, cœleſtem ni Deus addat opem.*
*Pœnarum fruſtra quoq; vincula dura coërcent,*
*Quem timor & cultus non regit ipſe Dei.*
*At cuius fallax effundit friuola lingua.*
*Et candore carent pectora, verba fide:*
*Sit procul à ſacris Muſarum fontibus: arcet*
*Delius à templis corda prophana Deus.*
*Theſpiades Phœbo mentes auremq; puellæ*
*Præbent, & lateri turba fidelis adeſt,*
*Seu ſuper vmbriferi conſcenderit ardua Cynthi,*
*Siue Palatinum malit adire iugum:*

*Paruula turba ſuo ſic hæreat vſq; magiſtro,*
*Aonias facti laude ſecuta deas:*
*Atq; pias illi patiens accommodet aures,*
*Quâ licet, & cari more parentis amet.*
*Vt vitam Deus, & tribuunt alimenta parentes,*
*Sic morum curam ſancte magiſter habes.*
*Prætulit Aeäcidæ, dantem ſibi plectra lyramq;,*
*Hectoris occiſor non malè Phylliriden.*
*Pellæus iuuenis ſe faſſus multa Philippo,*
*Sed debere tuo plura Stagira ſeni.*
*Quid Chæroneo non aßignauit honoris,*
*Romani princeps Optimus imperij?*
*Hæc tu cùm docti diſcas ex ore* SIBERI,
*Admonitu ceſſet littera noſtra ſuo.*
*Vt cœptos autem peragas cum laude labores,*
*Néue tuum in ſtudijs quid remoretur iter:*
*Offero Pïëridum flores quos legimus hortis,*
*Vnde benigna tui rura colantur agri.*
*Inde tuos quotquot ſumes ſcripturus ad vſus,*
*Tot te purpureas carpere crede roſas.*
*Caſtaliæ pleno manant hinc flumine lymphæ,*
*Quales Pegaſei pes fodit acer equi.*
*Sulmo miniſtrat aquas, Clarijs vberrimus vndis,*
*Clitumnusq; ſuas addit, & Almo ſuas.*
*Hinc & in Albiacum deduco fluenta Lyceum,*
*Hîc vbi Mauricij ſtat ſchola celſa Ducis.*
*Sed dum commiſſæ conor prodeſſe iuuentæ,*
*Cura ſubit ſtudij pectora noſtra tui.*
*Communemq; alijs, vni tibi dono libellum,*

*Augu-*

*Augurij exoptans ſint rata vota mei.*
*Perge vias cœptas celeri modò carpere greſſu*
*Nec leuis egregiæ deſere laudis iter,*
*Succurratq́ tibi, diſcendo ferre labores,*
*Haud ſignum fallax indolis eſſe bonæ.*
*Cura laborq́ ardens generoſæ propria menti,*
*Degeneres animos, ocia tarda probant.*
*Stamina cum poſuit, tum concutit Aegida Pallas,*
*Oſtentans fortes vtraq́ ad arma manus.*
*Templa etiam Alcides habuit communia Muſis,*
*Virgineaq́ ſtetit bellicus æde Deus:*
*Nam ſudore omnis ſtudiorum fama paratur,*
*Et iuuat aſſiduus numina caſta labor.*
*Si cupis ipſorum per laudes ire deorum,*
*En labor, & virtus ſternit ad aſtra viam.*

# GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS DE PROSODIA Epitome.

OMNES ſyllabæ aut primæ ſunt, aut mediæ, aut vltimæ. eæq; vel longæ, vel breues vel ambiguæ. Harum omnium quantitas cum in genere cognoſcitur, tum etiam cognoſcitur in ſpecie.

- In genere
  - Omnium
    - Poſitione
    - Diphthongo
    - Regula
    - Exemplo
  - Primæ ac mediæ.
    - Vocali ante vocalem
    - Deriuatione.
- In ſpecie
  - Primæ
    - Præpoſitione.
    - Compoſitione.
  - Mediæ
    - Accentu
    - Diminutione.
  - Vltimæ, terminatione.
    - Vocalis aut
    - Conſonantis.

# DE SYLLABARVM QVANTITATE IN GENERE.

## DE OMNIBVS SYLLABIS.

QVantitas ſyllabarum omnium in genere cognoſcitur modis quatuor.

### I. POSITIONE.

qua ſyllaba producitur. Poſitio autem fit,

I. Aut reuera, cum in eadem dictione vel in diuerſis duæ pluresúe conſonantes, aut vna geminata vocalem conſequitur, vt:

*Carmen, Ineptus, Sapiens,*
*Annus, Capillus.*

II. Aut facultate, cum è duplicibus aliqua ſequitur, vel I litera inter duas vocales ponitur, vt:

*Axis, Alexander, Felix.*
*Gaza, Obryzum,*
*Laius Pompeius, Harpyia.*

### II DIPHTHONGO.

qua eodem modo ſyllaba producitur, vt:

*Aula, Eurus*
*Aeuum, Cœlum.*

III. REGVLA.

qua ſyllaba & produci poteſt & corripi.

Regulæ autem vſitatiſsimæ numerantur fere huiuſmodi.

I. Contractio longam efficit ſyllabam, vt: *Nil*, pro *Nihil.*
*Di*, pro *Dij.*
*Mi*, pro *Mihi.*
*Quis*, pro *Quibus.*

II. Monoſyllaba ferè producuntur, vt: *Par, Mas, Ver, Lis, Bos, Sol, Fur, Sus.*
Item: *Do, Sto, Flo, Dic, Duc.*
Item: *Ne, Non, Cur, Sic, En, Sin, Quin.*
Excipiuntur *Mel, Fel.*
Item: *Fit, Scit.*
Item: *Bis, Ter, An,* & quædam alia, de quibus in vltimis ſyllabis plura.

III. Præterita duarum ſyllabarum priorem producunt, vt: *Veni, Vidi, Vici.*
Excipiuntur ſex: *Dedi, Steti, Scidi, Fidi, Bibi, Tuli.*

IIII. Præterea principium geminantia, primam habent correptam, vt: *Cecidi, Didici, Momordi, Cucurri.*

V. Supina duarum ſyllabarum producuntur. Excipiuntur nomen: *Datum, ratum, ſatum, citum, itum, litum, quitum, ſitum, rutum.*

VI. Tempora verborum, præſentis & præteriti, de quibus formantur, etiam in reliquis temporibus ac modis ſequuntur quantitatem, vt *Lego* in ijs quæ ab Indicatiuo præſenti veniunt, corripitur, *Legebam, Legam, Lege, Legito, Legerem, Legere.* In ijs quæ à præterito, producitur, *Legi, Legeram, Legiſſem, Legerim, Legero, Legiſſe.*

IIII. EXEMPLO.

quo ſyllaba anceps eſt, corripi enim & produci poteſt. Eo vtimur, cum reliquis deſtituti ſumus, & exempla cum lectione, tum exercitatione comparantur. Crebrò igitur ſcribendum, & multa optimorum Poëtarum carmina memoriæ mandanda ſunt.

## DE PRIMA AC MEDIA SYLLABA in genere.

HACTENVS de ſyllabis omnib. in vniuerſum, nunc de prima tantùm ac media quæ præter eas rationes, quas modò enumeraui, duabus alijs dignoſcuntur.

I. VOCALI ANTE VOCALEM.

qua plerunq; ſyllaba corripitur, vt: *Priamus, Ita*

*mus, Italia, Filius, Ianua, Seruitium, Puella.*

Hoc mutatur interdum.

I. Imitatione Græcorum,

*Laërtes,* *Menelaus.*
*Medea,* *Briſeis.*
*Pierus,* *Io.*

II. Conſuetudine Latinorum, vt in genitiuis & datiuis quintæ, *Diei, Speciei,* & in genitiuis pronominum: *Nullius, Vnius, Illius, ipſius.*

& in verbo *Fio, Fiam, Fiebam.*

II. DERIVATIONE.

qua ſyllaba vtranq; quantitatem recipit. Qualis enim quantitas originis, talis item eius, quod inde deſcendit. Vt, *Iocari* primam habet breuem, venit enim à nomine *Iocus.* Tibullus,

*Difficile eſt triſti fingere mente iocum.*

*Oratio* primam longam, quia deducitur à verbo *Oro.* Virgilius,

*Stabant orantes primi tranſmittere curſum.*

# DE SYLLABARVM QVANTITATE in ſpecie.

## DE PRIMA SYLLABA.

Prima ſyllaba ſeparatim dupliciter cognoſcitur.

I. PRAE-

## I. PRAEPOSITIONE.

Harum aliæ in compoſitione.

I. Breues, vt:

| | |
|---|---|
| AB | *Abeo.* |
| AD | *Adeo.* |
| IN | *Ineo.* |
| OB | *Obeo.* |
| PER | *Pereo.* |
| SVB | *Subeo.* & inſeparabilis |
| RE | *Redeo.* |

II. Longæ, vt:

| | |
|---|---|
| A | *Amitto.* |
| E | *Emitto.* |
| DE | *Demitto.* |
| O | *Omitto.* |
| PRO | *Promitto.* & inſeparabiles. |
| DI | *Dirigo.* |
| CO | *Copulo.* |
| SE | *Separo.* |
| TRA | *Traijcio.* |

## II. COMPOSITIONE.

quæ ſyllabarum correptiones & moras ipſo ſignificat accentu.

| | |
|---|---|
| *Voro* | *Deuoro.* |
| *Grauis* | *Pergrauis.* |
| *Bene* | *Perbene*, penultima breui. |

*Pono*

| | |
|---|---|
| *Pono* | *Depono.* |
| *Durus.* | *Prædurus.* |
| *Primum* | *Apprime*, penultima longa. |

## DE MEDIA SYLLABA.

Media ſyllaba ſpeciatim etiam cognoſcitur dupliciter.

### I. ACCENTV.

quo ſyllaba modò longa, modò breuis. Hic adhibetur, in nulla alia ſyllaba quàm in penultima, quæ vel corripitur vel producitur, vt:

| | |
|---|---|
| *Scribere* | *Amare* |
| *Dominus* | *Amicus.* |

### II. DIMINVTIONE.

qua ſyllaba indifferens eſt, & quantitatis vtriuſque particeps. Eſt autem diminutio detractio, cum de fine dictionis vna atq; altera pluresúe ſyllabæ demuntur, & ex eo quod reliquum eſt, elicitur quantitas. Fieri hoc nequit, niſi in dictionib. quatuor aut plurium ſyllabarum. Tibul.

*Pïëridas pueri, doctos & amate Poëtas.*

In nomine *Pïëridas*, abiecta vltima ſyllaba, manet *Pïëri*, vndè antepenultimam intelligimus eſſe breuem. Item: *Sceleratiſ-*

*ſime*

*ſime*, Si ſcire voles, Le, quanta ſit, tolle ſyllabas finales tres: Ra, quanta, aufer duas, & hanc produci, illam corripi, ex ipſo deprehendes accentu.

## DE VLTIMA SYLLABA.

Vltimæ ſyllabæ iudicantur, ſpeciatim ex terminatione vel vocalium, vel conſonantium, quarum etiam diuerſa & multiplex eſt in quantitate variatio.

### I. TERMINATIO VOCALIS.

#### A.

A producuntur.

Nominatiui, Accuſatiui, Vocatiui, cuiuſcunque generis, declinationis, numeri, corripiuntur, vt:

*Poëta* *Muſa.*
*Indigena* *Dogma.*
*Scamna* *Bactra.*

Ablatiuus primæ declinationis producitur. *Ita*, *Quia*, corripiuntur.

#### E.

E corripiuntur.

Ablatiuus quintæ ꝓducitur, vt: *Die*, *Specie*
Imperatiuus ſecundæ producitur, vt: *Doce*

Ab ad-

Ad adiectiuis deriuata aduerbia producuntur, præter *Bene & male.*

Coniunctiones encliticæ *Que, Ne, Ve,* breues ſunt, quibus additur, T E in compoſitione.

## I.

I producuntur.

*Niſi, quaſi,* corripiuntur.

*Mihi, Tibi, Sibi.* Item: *Vbi, & Ibi* cum compoſitis ſunt communia.

## O.

O communia fere ſunt.

Datiuus & Ablatiuus ſecundæ declinationis producuntur.

Aduerbia in O producuntur, exceptis *Modo & Cito,* quæ habentur communia.

## V.

V producuntur omnia.

## II. TERMINATIO CONSONANTIS.

## B.

B corripiuntur, vt: *Ab, Ob, Sub.*

## C.

C producuntur, excipe *Nec, Donec.*

D. cor-

D.

D corripiuntur, vt: *Ad, Sed, Quid, Quod.*

L.

L corripiuntur, excipe *Sol.*

N.

N corripiuntur.

R.

R corripiuntur.

*Par* cum compoſitis producitur, vt: *Diſpar, compar.*

AS.

AS producuntur omnia.

ES.

ES producuntur.

Genitiuis creſcentia nomina corripiuntur, vt: *Miles, Seges, Hebes.*

Excipe *Abies, Aries, Paries,* & *Pes*, cum compoſitis, vno ex ijſdem rurſus excepto, quod eſt *Præpes.*

Es à verbo *Sum*, cum compoſitis corripitur: ab *Edo* producitur. *Penes* Præpoſitio breuis eſt.

IS.

IS corripiuntur.

Datiuus & Ablatiuus plurales in IS producuntur.

Secun-

Secunda perſona præſentis quartæ coniugationis eſt longa. Ouidius:

*Quid valeam neſcis, & te mea robora fallunt.*

Longa etiam ſunt, *Sis, Vis, Velis, Poßis.*

## OS.

O S producuntur.

Excipe *Os Oßis, Compos, Impos.*

## VS.

V S corripiuntur.

Fœminina genitiuis creſcentia producuntur, vt: *Salus, Salutis. Tellus, Telluris. Incus, Incutis.*

Genitiuus ſingularis, & caſus plurales in Vs quartæ, ſunt longi.

## T.

T corripiuntur.

# ELEGANTIARVM POETICARVM EX OVIdio, Tibullo, Propertio

## Liber vnus.

### CAPITA.

LITERARVM
Carmen ſcribere
Redire cum literis in gratiam
Docere artes
Celebrari
Animum attendere
Animo reputare
Animo tenere
Audire Loqui
Alloqui
Loqui per ſigna
Loqui inſolenter
Iurgari vel litigare
Reſpondere
Repetere verba
Tacere
In lucem proferre
Minari
Conuiciari
Criminibus inſimulare
Queri Metuere
Metum Abijcere
Curis confici
Curas abijcere
Sperare
Gaudere
Lugere
Luctum leuare
Ingemiſcere
Lacrimare
Lacrimas ſiſtere
Mouere lacrimas
Plangere, & eius ſynonyma
Solari
Ferre æquo animo
Iraſci
Ad iram concitare
Iram deponere
Iræ moderari
Virgo
Vxor

Amor,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776534-p0022-2

Amor, & amare
Amore incendere
Amore incendi
Amori reſiſtere
Amandi variæ elocutiones
Matrimonium
Matrimonium promittere
Matrimonium inire
Matrimonij fidem fallere
Matrimoniū odiſſe
Viriles contactus fugere
Eunuchum facere
Amplecti
Blandiri Oſculari
Appellare aliquam
Vim parare
Vim pati
Vitium offerre
Venire in eundem thalamum
Grauidam eſſe
Parere
Parere gemellos
Partum medicamētis abigere, vel necare

Naſci
Genus ducere
Nomen imponere
Dare mammam
Vbera trahere
Viuere
Ab in eunte ætate
Aetatem exigere
Aetatem renouare, vel extendere
Mori Mortuus
Claudere oculos
In alicuius manibus
Iuſta facere (mori
Sepelire
A mortuis excitare
Caput efferre
Oculos tollere
Oculos demittere
Aſpicere
Tegere vultum
In officio eſſe
Ociosum eſſe
Laborare
Coquere
Menſas extruere
Menſas euertere
Mordere
Edere

Famem depellere
Deuorare
Euomere
Bibere Sitire
Sitim explere
Agitare conuiuium
Imponere capiti ſer
tum, vel aliud
Capillos ornare
Capillos negligere
Diem feſtum agere
Spondere
Vouere
Sacra facere
Deo fauente
Deo irato. Canere
Cithara canere
Pulſare tympana
Saltare
Spectacula exhibe-
Lauare (re
Induere veſtes
Exuere veſtes
Dormire
Cubitum ire
Sopiri
Somnum iuducere
Fugare ſomnos
Orientis ſideris
Occidentis ſideris
Ire
Ire paſſu tremulo
Sequi veſtigia
Moram afferre
Reſiſtere
Properare
Fugere. Incedere
Ingredi domum
Egredi domo
Hoſpitio vti
Hoſpitium præbere
Dare dexteram
Facere promiſſum
Beneficium rependere
Maris poëtica voca-
Terra mariq; (bula
Oram ſoluere
Nauigare
Retrò nauigare
Venti obſecundan-
Ventis aduerſis (tes
Ventos excitare
Ventos ſedare
Nauis concuſſa vento
Facere naufragium
Remigare

Apellere
Natare Volare
Euaneſcere
Nere Arare
Sub iugum ducere
Serere Pinſere
Retia tendere
Venari
Equitare (nere
Habenas manu te-
Habenas relaxare
Habenas cõtrahere
Habenas regere
Habenas detrecta-
Arcum tendere (re
Iaculari
Tela veneno illinire
Haſtam vel telum a
liquod torquere
Vrbem extruere
Diruere vrbem
Cremare
Obſidere
Portas aperire
Portas claudere
Certare (gredi
Cum periculo ag-
Venire ad manus
Pugnare

Ab armis recedere
Signorũ militarium
Subiugare
Supplicem eſſe
Precari
Preces audire
Leges victis impo-
nere (ferre
Imperij fines pro-
Imperium deferre
Imperare
Mandare
Mandata exequi
Eijcere in exilium
Opibus ſpoliare
Gladio cingi
Gladium educere
Vulnerare
Vulnus accipere
Vulneri ſe ſubduce-
re (here
E vulnere telum tra
Vulnus curare
Mederi
Vulnus renouare
Transfigere
Caput ceruicibus
abſcindere
Eruere alicui oculos

Occidere
Vitam donare
Cædem facere (re
Vitam laqueo fini-
Dare ſe præcipitem
Capi vel deprehen-
di.
In vincula conijce-
Opitulari (re
Punire
Pœnam ſtatuere
Pœnam minuere
Dare pœnas
Finem facere.

## I.

## LITERARVM.

*CAEra*
*Tabella*
*Charta* pro epiſtola
*Libellus*
*Litera*

*Scribere tabellas*
*Facere literam*
*Notare literam*
*Ducere literam digitis*
*Deducere literam.*
*Exarare notas*
*Perarare literam*
*Incidere verba cæris*
*Committere literis*
*Committere cæræ*
*Mandare verba libello*
*Dare tabellis verba fe-*
*renda*
*Signare tabellas arca-*
*nas*
*Imprimere gemmam*
*Imprimere annulum*
*Imprimere cæram*
*Imponere cæris notam*
*Mittere literam*
*Dare tabellas*
*Tradere chartam*
*Tradere verba latentia*
*filo.*

*Portare tabellas*
*Ferre tabellas*
*Perferre tabellas*
*Reddere epiſtolam*
*Reddere literam.*

*Excipe-*

*Excipere verba notata*
*Accipere tabellas*
*Accipere notas*
*Recipere epiſtolam*
*Soluere epiſtolam manu*
*Charta ſoluta*
*Labefactare chartam à vinculis*
*Rumpere literarum vincula*
*Demere vincula chartæ.*

*Legere tabellas*
*Perlegere literam*
*Relegere ſcripta*
*Illectum ſcriptum remittere.*

*Charta peragit vices linguæ*
*Dextra cum charta loquitur*
*Charta loquitur cum aliquo.*

*Litera it*
*Litera venit*
*Venit in manus*
*Peruenit in manus*
*Venit nuncia*
*Venit nuncia luctus.*

TIB. *Facere literam*
*Literis mandare*
*Tabellas portare.*
PRO. *Signare literas.*

## II.

## CARMEN SCRIBERE.

*Ludere*, dicimus in leuibus argumẽtis: vt lyricis, elegiacis, epigramatis.
*Ludere carmen*
*Ludere ignes*, amores ſcribere.

*Ludere numeris*
*Dicere*, in grauibus: vt in Heroico
*Dicere Gigantes*
*Dicere Romana prælia.*

*Condere*, idem
*Condere acta Cæſaris*

Canere, commune verbum omnium poëtarum.

*Facere*, ſcribendo inducere

*Facere carmina*

*Facere verſus*

*Componere carmina*

*Componere amores*

*Ducere carmina*, cum difficultate aut moleſtia.

*Deducere carmina*

*Ducere verſus*

*Deducere verſus*

*Struere verſus*

*Struere verba modis*

*Facere verba modis*

*Facere carmina modis imparibus*

*Claudere verba modis imparibus*

*Condere diſparibus numeris*

*Nectere verba numeris*

*Coërcere verba numeris*

*Cogere verba in pedes*

*Conferre verba in verſus*

*Iungere carmina neruis*

*Colere ſacra Muſarum*

*Non ſubmouere vndis poëticis*

*Miniſtrare Caſtalias aquas*

*Deducere Muſas aliquo*

*Tendere aliquo via Piëria*

*Dictare carmina*

*Carmen creſcens & rude*

TIB. *Canere pede vincto*

*Componere verſus*

PROP. *Canere Veneres*

*Canere tumultus*

*Canere præcepta*

*Dicere graue carmen*

*Dicere caſtra*

*Dicere arma*

*Memorare ad prælia turmas*

*Facere carmen*

*Facere verſus*

*Includere verſus*

*Componere verſus molles*

*Deducere carmina*

III. RE-

III.

REDIRE CVM LITERIS IN gratiam.

*Reuertere ad Muſas*
*Ad numeros reuertere*
*Redire in artes*
*Retentare ſtudia.*

IIII.

DOCERE ARTES.

*Erudire artes*
*Erudire in artes*
*Inſtruere arte*
*Arte animos feros contundere*
*Tradere artes*
*Dare artes.*

*Diſcere artes*
*Artes ediſcere*
*Colere artes*
*Colere pectus per artes*
*Vacare artibus*
*Complecti artes*
*Tractare artem*
*Exercere artem*
*Eſſe in ſtudijs*
*Dare tempora ſtudijs*
*Ponere in ſtudijs tempora*
*Ponere tempus in arte*
*Demittere animum in artem.*

*Arte quærere fauorem*
*Arte quærere gloriam.*

*Prudens artis*
*Inſignis ab arte*
*Rudis ad artem*
TIB. *Tractare artes*
*Colere Muſas.*
PROP. *In arte diem conſumere.*

V.

CELEBRARI.

*Cani orbe*
*Cani in orbe*
*Cani per orbem*
*Cantari in orbe*
*Nomen cani in orbe*
*Cantari nomen in orbe*
*Ferre nomen ab orbe*

*Ferre nomen à poſteritate.*

## VI.

### ANIMVM ATTENDERE.

*Animos adhibere*
*Mentes aduertere*
*Animos monitis aduertere*
*Dictis adijcere mentem*
*Pectore adeſſe.*

## VII.

### ANIMO REPVTARE.

*Exigere*, animo reuoluere cum tacita quadã cura. 10. Metam. *Dum talia ſecum Exigit Hippomenes.*

*Requirere ſecum*
*Repetere ſecum*
*Referre ſecum*
*Referre mente*
*Reuoluere ſecum*
*Retractare ſecum*
*Agitare mente.*

## VIII.

### ANIMO TENERE.

*Notare mente dicta*
*Notare dicta pectore memori*
*Notare verba animo memori*
*Iuſſa notare animo memori*
*Habere pectore memori*
*Pectore memori ſignatum habere*
*Percipere voces mente*
*Tenere pectore*
*Tenere mente*
*Habere pectoribus* dicuntur quæ animis tenentur infixa.
*Inhærere pectoribus*
*Animo alicuius adeſſe*
*Animo ſedere.*

*Deflue-*

*Defluere ex animo*
*Excidere alicui.*

IX.

AVDIRE.

*Haurire auribus*
*Accipere auribus*
*Percipere aure*
*Recipere aure*

*Per aures captare*
*Condere aure*
*Audire voces*
*Exaudire voces*
*Accipere voces.*

*Captare ſermonem*
*Voces auribus captare*
*Aures afferre verbis*
*Præbere aures dictis*
*Præbere vocibus alterius aurem*
*Aduertere ad vocem aures*
*Intendere aures ad verba.*
*Accommodare aures.*
PROP. *Bibere auribus*

auidè auſcultare.
*Aurem præbere*
*Aduertere aures.*

X.

LOQVI.

*Verba facere*
*Verba facere pro aliquo*
*Verba in ſenatu facere*
*Verba ferre pro aliquo*
*Dare verba*, id ſignificat primùm, qđ verba ſonant: vt 2. libro de arte:
*Cum dare non poſſem munera, verba dedi.* Deinde latendo fallere, vt in Paride:
*Nec tibi verba damus, ſentis mea vulnera.* Poſtremò loqui: vt in Faſt.
*Talia non tacito verba dolore dedit.*

*Dare dicta in aliquem*
*Sonos in aliquem dare*
*Dare ore carmina*, vaticinari

ticinari
*Reddere verba*
*Ferre verba*
*Edere ore*
*Edere verba*
*Edere vocem*
*Edere ſonos ore tremen (te*
*Peragere ſonos*
*Iacere verba*, temere loqui
*Iactare verba*
*Loqui verba*
*Loqui dictis*
*Dicere verba*
*Vti verbis*
*Fundere verba.*
*Rumpere ſilentia*, interdum loqui ſignificat, interdũ tacere.
*Soluere ora*
*Reſoluere ora*
*Reſoluere fauces*
*Verba concipere*
*Emittere vocem*
*Implere dictis*
*Implere aures ſermonibus (em.*
*Implere ſermonibus di-*
*Trahere ſermone noctem*
*Fallere ſermonibus horas*
*Fallere laborẽ ſermone*
*Cognoſcere vice ſermonis*
*Committere ſermonem*
*Deficit ſermoni dies*
*Dies ſermone minor*
*Tenere ſermone*
*Detinere ſermone*
*Pendêre ab ore*

*Verbis abeſt pondus*
*Verba cadunt nullo pondere*
*Verba carent pondere*
*Verba dant verba.*
TIB. *Edere verba*
*Dicere verba*
*Emittere vocem*
*Verba reperire.*
PROP. *Iacere verba*
*Voce peragere*
*Mittere verba per rumores*
*Loqui verba in nullo pondere*

*Verba*

*Verba cadunt*, pro vano.

## XI.

### ALLOQVI.

*Compellare ore*
*Compellare vocibus*
*Alloqui verbis*
*Adire ſonis*
*Accedere dictis*
*Alloquio leuare.*

## XII.

### LOQVI PER SIGNA.

*Loqui ſignis*
*Loqui nutu*
*Loqui digitis*
*Loqui ſupercilio*
*Loqui notis*
*Sollicitare notis*
*Verba diſsimulare notis*
*Dare ſigna nutu*
*Signa dare ſupercilio*
*Componere notas*
*Referre notas*
*Excipere notas.*
TIB. *Componere notas*
*Ducere notas*
*Addere verba notis*
*Nutus conferre loquaces*
*Digito liquorem trahere.*

## XIII.

### LOQVI INSOLENTER.

*Magna loqui*
*Violenta loqui*
*Memorare ore magniloquo*
*Dicere verba minora*
*Vti verbis minoribus.*
TIB. *Magna loqui*
*Dicere magnificum.*
PROP. *Superba loqui*
*Fortia verba cadunt.*

## XIIII.

### IVRGARI, VEL LITIGARE.

*Iurgia nectere*

*Iurgia dicere*
*Per iurgia dicere*
*Linguam ad iurgia ſol-uere*
*Ire in litem*
*Iurgia abſunt.*
TIB. *Meditari linguæ iurgia*
*Miniſtrare verba rixæ.*

XV.

RESPONDERE.

*Reſequi*, Ouidianum. vt 6. Met. *His eſt reſecuta rogantem.*
*Reſequi dictis*
*Renarrare*
*Excipere*
*Referre* vtrunque ſignificat, & loqui & reſpondere.
*Referre verba*
*Referre dicta*
*Reddere dicta mutua*
*Reddere vocem*
*Reddere ſonos*
*Reddere verba*
*Tangere verba verbis*
*Reſoluere ora poſt alterius.*
TIB. *Referre dicta.*

XVI.

REPETERE verba.

*Reddere verba*
*Reddere nomen*
*Reportare verba*
*Remittere ſonos*
*Iterare voces.*

XVII.

TACERE.

*Tenere ſilentia*
*Tenere vocem*
*Tenere linguam*
*Tenere ora*
*Retinere linguam*
*Facere ſilentia*
*Agere ſilentia*
*Premere ora*
*Ora reprimere*
*Premere vocem*

*Suppri-*

*Supprimere vocem.*

## XVIII.

## IN LVCEM PROFERRE.

*Prodere aliquid*
*Vulgare aliquid*
*Fateri in luce*
*Referre palàm*
*Efferre ſub auras*
*Educere ſub auras*
*Detegere latentem culpam*
*Detegere arcana*
*Demere ſilentia.*

## XIX.

## MINARI.

*Addere minas*
*Minas incutere*
*Minis horrere.*

## XX.

## CONVICIARI.

*Lacerare alicuius carmina.*
*Diſtringere carmine aliquem*
*Proſcindere carmine aliquem*
*Lacerare verba*
*Mordere*
*Mordere dente*
*Mordere dictis*
*Soluere ora in aliquem*
*Conuicia facere alicui*
*Fundere conuicia in aliquem*
*Dicere conuicia alicui*
*Dicere crimina*
*Dicere verba proterua*
*Edere verba ſcelerata*
*Edere verba execrantia*
*Dira capiti canere*
*Inceſſere dictis amoris*
*Vexare dictis amaris*
*Addere conuicia dictis*
*Addere conuicia facto*
*Addere maledicta culpæ*
*Iactare crimina alicuius*
*Saucius*, pro conuicijs laceratus
*Sanguinolentus*, idem.

Tib. *Dicere mala alicui* (cui
*Ingerere maledicta ali-*
*Dira precari*
*Diras precari*
*Dicere verba impia,* βλασφημεῖν
*Dicere verba aſpera*
*Soluere in deos ora*
*Lædere deos lingua.*
Pro. *Facere conuicia*
*Iacere crimina ficta*
*Iactare conuicia*
*Lædere linguæ petulantia.*

## XXI.

### Criminibus inſimulare.

*Premere criminibus*
*Premere grauibus verbis*
*Inſimulare criminibus*
*Agere reum criminis*
*Ferre crimina alicui*
*Crimen diffundere in aliquem.*

## XXII.

### Queri.

*Edere queſtus*
*Sonare queſtus*
*Effundere queſtus*
*Peragere querelam*
*Replere querelis*
*Implere querelis*
*Implere querulis vlulatibus*
*Querelas meditari.*
*Supprimere querelas*
*Interrumpere querelas*
*Querela cum multis iuncta,* quæ eſt communis.
*Querela venit ante diem,* quæ eſt intempeſtiua.
*Querela redit*
*Querela incidit*
*Querela minor vero.*

## XXIII.

### Metuere.

*Metu pauere*
*Metu trepidare*
*Concipere metum*

Habere

*Habere metum*
*Quati metu*
*Tardari metu*
*Demittere metu vultũ.*

*Pallens metu*
*Turbatus metu*
*Tardatus metu*
*Timor abſtulit ſenſum*
*Timor abſtulit animum*
*Pauor adimit vſum rationis*
*Metus eripit vires*
*Concutit oſſa metus.*

*Tremor occupat artus*
*Præpedit oſſa tremor*
*Tremor inuadit*
*Tremor per oſſa currit*
*Cor micat tremore.*
*Metu ſinus micant*
*Trepidat formidine pectus.*
TIB. *Timore ſuſpenſus*
*Corde micante.*
PROP. *Tremere timore.*

XXIIII.

METVM ABIICERE.

*Ponere metum*
*Deponere metum*
*Siſtere metum*
*Excutere metum*
*Exuere metum*
*Vacuus metu*
*Metus abeſt*
*Metus abit.*

*Tollere metum*
*Demere metum*
*Leuare metus*
*Mederi timori.*
PROP. *Soluere metu.*

XXV.

CVRIS CONFICI.

*Curis inſiſtere*
*Cura carpi*
*Exerceri curis*
*Morderi curis*
*Tenuari curis*
*Tabeſcere curis*
*Liqueſcere curis.*

*Agere curam pro aliquo*
*Eſſe in cura alicuius rei*
*Habere curam alicuius*
*Cura venit*
*Subit cura*
*Cura tenet*
*Cura tangit*
*Cura moratur*
*Cura hæret*
*Cura mordet*
*Cura corpus tenuat*
*Curæ vitiant corpus.*
TIB. *Agitare curas*
*Cura eſt feruida*
*Mori curis*
PROP. *Curis pallеſcere*
*Cura ſubit*
*Cura moratur.*
*Depellere curas*
*Pellere nubes curarum*
*Fallere curas*
*Curis dare verba*
*Depellere curas*
*Cura abit*
*Cura fugit*
*Cura deſerit*
*Cura relinquit*
*Cura excedit*
*Dilabitur cura*
*Cura lenteſcit*
*Cura diluitur mero.*
TIB. *Leuare curas*
*Sanare curas.*
PRO. *Diminuere curã*
*Sanare curas.*

## XXVI.

### CVRAS ABIICERE.

*Ponere curas*
*Deponere curas*
*Seponere curas vino*
*Curas leuare vino*
*Dimittere curas*

## XXVII.

### SPERARE.

*Capere ſpem*
*Concipere ſpem*
*Agitare ſpem*
*Habere ſpem*
*Spe trahi.*

*Potiri ſpe*
*Deſtitui ſpe*

*Tollere*

*Tollere ſpem*
*Spem demere*
*Spem adimere*
*Spem expellere*
*Detrahere ſpem*

*Spes eſt*
*Spes adeſt*
*Spes ſupereſt*
*Reſtat ſpes*
*Relicta eſt ſpes*
*Spe citius*
*Spe breuius.*

XXVIII.

GAVDERE.

*Gaudere intra pectora*
*Gaudere in tacito ſinu*
*Affectu tacito lætari*
*Frui læticia*
*Capere gaudia*
*Percipere gaudia*
*Teſtari gaudia dictis.*
PROP. *Cohibere gaudia in tacito ſinu.*

XXIX.

LVGERE.

*Dare in luctus animum*
*Luctus extendere in æuum*
*Luctibus tabeſcere*
*Incumbere dolori*
*Explere animũ ægrum.*
*Dare luctus ſigna*
*Suſtinere luctus ſigna*
*Abdere ſuos luctus*
*Condere vultus luctu.*
*Luctus angit*
*Luctus admonitu renouatur*
*Luctus admonitus*
*Intentus luctibus*
*Luctus plena*
*Finem luctib. imponere.*

XXX.

LVCTVM LEVARE.

*Leuare luctus*
*Emoderari verbis dolorem*
*Releuare luctus*
*Minuere luctus*
*Attenuare luctus*
*Reſcindere luctus.*

XXXI.

INGEMISCERE.

*Dare gemitum*
*Trahere gemitũ à corde*
*Edere gemitum alto de corde*
*Ducere ſuſpiria ab imo pectore*
*Suſpirare ab imo*
*Suſpirare ab imis pectoribus*
*Referre ſuſpiria*
*Repetere ſuſpiria*
*Trahere ſuſpiria*
*Trahere ad ſuſpiria*
*Haurire ſuſpiratus*
*Mouere ſuſpiria.*
PRO. *Ducere ſuſpiria*
*Suſpiria verſant.*

## XXXII.

LACRIMARE.

*Dare lacrimas*
*Emittere lacrimas*
*Dimittere lacrimas*
*Fundere fletus*
*Fundere lacrimas*
*Effundere lacrimas*
*Profundere lacrimas*
*Perfundere lacrimis*
*Perfundi lacrimis*
*Fungi lacrimis*
*Spargere lacrimis*
*Spargere ſinus imbre*
*Rigare genas imbre*
*Ora rigare fletibus*
*Lacrimarum flumina mittere*
*Lauare lacrimis vultum*
*Lauare lacrimis vulnera*
*Fouere vulnera lacrimis*
*Suffundere lumina rore.*
*Explere lacrimis*
*Lumina lacrimis implere*
*Verba lacrimis implere*
*Miſcere lacrimis dicta*
*Indulgere lacrimis*
*Humectare lacrimis*
*Facere lacrimis vdum*
*Facere humidum fletu*
*Scindere verba fletu*
*Rumpere ſingultu verba*
*Singultus impedit*

*Ora*

*Ora ſingultu ſonant*
*Lacrimas concipere*
*Cogi in lacrimas*
*Libari lacrimas*
*Notare lacrimas*
*Corrumpere oculos lacrimis*
*Adire madidis genis.*

*Lacrimæ manant*
*Fluunt lacrimæ*
*Lacrimæ fluunt per ora*
*Lacrimæ eunt per ſinus*
*Lacrimæ cadunt*
*Gutta it per genas*, ταπείνωσις, gutta pro lacrimis: ita ſuprà, Ros. Contrà imber & flumen, & fons, pro multitudine lacrimarum, αὔξησις.
*Cadentibus lacrimis*
*Decidit gutta*
*Labitur gutta*
*Lacrimæ veniunt*
*Lacrimæ veniunt in tempore*
*Fine carent lacrimæ*
*Eſt modus lacrimis*

*Genæ madent lacrimis*
*Genæ immaduêre lacrimis*
*Genæ hument fonte*
*Ora madent*
*Oculi madent lacrimis*
*Lumina fletu manant*
*Harena humet lacrimis*
*Lacrimæ impediunt*
*Oculi rorantur lacrimis*
*Lacrimæ impediunt*
*Lacrimæ ſequuntur verba*
TIB. *Vti lacrimis*
*Fundere lacrimas*
*Madent lacrimis*
*Lumina tument fletu.*
PROP. *Fundere lacrimas*
*Ducere fletum*
*Vrgere lacrimis*
*Cadit ex oculis aqua*
*Gutta ex oculis cadit.*

## XXXIII.

## LACRIMAS SISTERE.

*Siſtere lacrimas*
*Supprimere lacrimas*
*Siſtere fletus*
*Inhibere fletus*
*Comprimere fletus*
*Suſpendere fletus*
*Tenere lacrimas*
*Retinere lacrimas*
*Continere lacrimas.*

*Habere ſiccas genas*
*Congelare lacrimas*
*Temperare lacrimas*
*Siccare lacrimas*
*Siccare lacrimas pollice*
*Siccare lacrimas admoto pollice*
*Detergere lacrimas*
*Corripere fletum.*
TIB. *Tergêre lacrimas*
*Referre ſicca lumina.*
PROP. *Supprimere lacrimas*
*Fletum ſupprimere*
*Siccare lacrimas*
*Siccare lumina*
*Sedare fletus.*

## XXXIIII.

### MOVERE LACRIMAS.

*Elicere lacrimas*
*Mouere lacrimas*
*Renouare lacrimas*
*Demere lacrimis morã*
*Miſcere lacrimas*
*Cõfundere lacrimas lacrimis.*

*Bibere lacrimas*
*Combibere lacrimas*
*Deuorare lacrimas.*

*Eripere lacrimas*
*Accipere lacrimas*
*Excipere lacrimas*
*Facere lacrimis lituras*
*Lædere lacrimis.*
TIB. *Mouere lacrimas*
PROP. *Lacrimas bibere.*

## XXXV.

### PLANGERE.

*Plangere*, eſt eiulatu & geſtu aliquo corporis doloré animi

animi oſtendere.
*Dare plangorem*
*Plangere pectora*
*Plangere pectora palmis*
*Plangere ora.*

*Ferire pectora*
*Ferire pectora palmis*
*Ferire pectora plangore*
*Ferire pectora manu*
*Percutere ora manu*
*Percutere pectora vtraque manu*
*Percutere pectora palmis*
*Tundere pectora*
*Tundere pectora palmis*
*Tundere pectora manu*
*Cædere pectora palmis*
*Soluere capillos*
*Diſijcere capillos*
*Rumpere capillos*
*Rumpere capillos à fronte*
*Rapere capillos*
*Rapere comam*
*Scindere crinem pollice*
*Scindere capillos*
*Sciſſis exululare comis*
*Laniare capillos*
*Laniare paſſos capillos*
*Laniare crines*
*Lacerare comas*

*Petere vngue genas*
*Appetere vngue genas*
*Notare vngue teneras genas*
*Secare genas vngue*
*Sauciare genas vngue*
*Lacerare genas*
*Ire in genas*
*Fœdere vultum*
*Ora vnguibus ſauciare*
*Ora lacerare*
*Ora digitis liuida facere*
*Ora digitis aſpera facere*
*Manibus inſequi ora.*
*Tendere manus in ora.*

*Rumpere ſinus*
*Laniare ſinus*
*Scindere ſinus*
*Aſſcindere ſinus*
*Tunicas ſcindere*

*Lacerare veſtem*
*Scindere veſtes cum capillis*
*Abſcindere veſtes*
*Rumpere veſtes à pectore*
*Rumpere tunicas à pectore*
*Laniare veſtes à pectore*
*Diripere veſtem à pectore.*
TIB. *Lacerare*
*Manibus ora notare*
*Vnguibus ora notare*
*Verberare ora manu.*
PRO. *Lacerare pectus.*

## XXXVI.

### SOLARI.

*Dare ſolatia*
*Reddere ſolatia confuſæ menti*
*Dicere ſolatia*
*Dicere verba conſolantia*
*Adhibere ſolatia*
*Præbere ſolatia*
*Leuare verbis mollibus.*
PROP. *Solatia ferre.*

## XXXVII.

### FERRE AEQVO ANIMO.

*Pati æqua mente*
*Ferre æquo animo*
*Ferre animo bono*
*Forti mente ferre*
*Forti corde ferre*
*Compoſita mente ferre*
*Placida mente ferre*
*Patienter ferre caſus acerbos*
*Corde patrio ferre.*

## XXXVIII.

### IRASCI.

*Rabies*, pro ira immoderata metaphoricè.
*Colligere rabiem.*

*Tumor* pro ira vehemente
*Tumere*, iraſci (di
*Tumeſcere*, ira incen-
*Intumeſcere.*

*Ignis,*

*Ignis*, pro ira
*Ardeſcere in iras*
*Exardere ira*
*Feruere ira*
*Exæſtuare ira.*

*Concipere iras*
*Sumere iras*
*Tranſire in iram*
*Conuerti in iram*
*Armare, et inſtruere ira*
*Iram cum luctu miſcere*
*Vultu iram confiteri*
*Exercere iram*
*Satiare iram*
*Iram tenere*
*Suſtinere iram*
*Tempus dare in iram*, id eſt, iraſci longius.

## XXXIX.

### AD IRAM CONCITARE.

*Concitare iram alicuius*
*Mouere iras*
*Commouere iram*
*Facere iram*
*Facere iratum*
*Irritare ad iram*
*Reſuſcitare iram veterē*
*Reſuſcitare irā poſitam*
*Contrahere iram*
*Addere iram.*

## XL.

### IRAM DEPONERE.

*Ponere iram in vices*
*Soluere iram*
*Finire iras veteres*
*Animū ab ira reuocare*
*Reprimere iram*
*Supprimere iram*
*Minuere iram*
*Diminuere iram*
*Lenire iram*
*Tollere iram*
*Auferre iram*
*Soluere iram*
*Merere iram alicuius.*

## XLI.

### IRAE MODERARI.

*Imperare iræ accenſæ*
*Vincere irā, vel animos*

*Flectere iram*
*Compeſcere iram*

*Ira ſubit*
*Ira mota eſt*
*Ira parturit minas*
*Ematuruit ira*
*Colligit vires*
*Sæuit*
*Reſæuit*
*Recandeſcit*
*Præterit modum*
*Perſtat*
*Conſtitit*
*Tangit*
*Fert aliquò ira.*

*Recedit ira*
*Interit*
*Miteſcit*
*Frangit vires*
*Fit lenior*
*Fit manſuetior.*

*Placabilis iræ*
*Iræ impatiens*
*Concitus ira*
*Frendens ira*
*Furens ira*
*Attonitus ira.*
TIB. *Iras vincere*
*Iram placare.*
PROP. *Ira venit*
*Prouehit aliquem vlterius*
*Refert pedem.*

## XLII.

## VIRGO.

Virginis nomen, & ad ætatem refertur, & ad vtriuſq; ſexus incorruptos homines: deniq; ad rem quãuis intactam & ſinceram, auctore Nonio. Refertur etiam ad mores, ſed ad malos impropriè, vt adultera virgo.
*Tæda non nupta iugali*
*Expers viri*
*Impatiens viri*
*Non paſſa virum*
*Quæ non cognouit virũ*

*Rudis coniugij.*

*Virgo nubilis*
*Virgo matura.*

## XLIII.
## Vxor.

Vxor, & puellam nubilem, & nuptã, apud Poëtas, & apud Iereconſultos, ſignificat.

*Thori ſocia*
*Sociata fœdere lecti*
*In parte ſocij thori*
*Conſors thori*
*Conſors thalami*
*Particeps thori*

*Vacuus thorus*
*Vacuus lectus*
*Viduus thorus*
*Viduum cubile*
*Lectus deſertus*
*Lectus cœlebs.*

## XLIIII.
## Amor, et amare.

*Furor*, pro amore vehemente
*Ignis*, pro amore.

Item:

*Flamma*
*Calor*
*Aeſtus*
*Incendia*
*Ardor*
*Vulnus*, pro amore.

Huc etiam pertinent illa metaphorica verba:

*Flagrare amore*, de eo qui perdite amat
*Aeſtuare in aliqua*
*Vri amore*
*Peruri*
*Calere aliqua puella*
*Caleſcere amore*
*Incaleſcere*
*Ardere*
*Exardeſcere*
*Inardeſcere*
*Tepêre*, dicitur qui leuiter amat.
*Faces*
*Stimuli*, pro amore.
Tib. *Ignis.*

*Ardor*

*Ardor*

*Vincula*, pro amore, quia illo mentes inter ſe vinciuntur.

Prop. *Ignis*

*Calor*

*Ardor*

*Vri* *Flagrare.*

## XLV.

### Amore incendere.

*Dare ignes*

*Amorem dare*

*Incendia præbere*

*Facere amorem*

*Amore torquere*

*Irritare amore*

*Allicere amorem*

*Elicere amorem.*

*Sentire ignes*

*Mutua vulnera ſentire*

*Cupidinis arcus ſentire*

*Tela ſentire.*

Tib. *Torquere amore*

*Amores afflare.*

Pro. *Premere amore*

*Sentire amores.*

## XLVI.

### Amore incendi.

*Haurire ignes*

*Flammas haurire*

*Accipere ignes ſub oßib.*

*Concipere ignes*

*Concipere amorem*

*Concipere flammas pectore.*

*Rapere flammas*

*Trahere ignes*

*Trahere calorem*

*Colligere flammam*

*Aſſumere nouas flãmas*

*Incaleſcere igne*

*Succendi cupidine*

*Corripi imagine formæ*

*Inardeſcere ſpecie præſentis.*

Tib. *Amore teneri*

*Eſſe in amore.*

## XLVII.

### Amori resistere.

*Excu-*

*Excutere ignes*
*Excutere flammas*
*Excutere amores*
*Excutere arcus*
*Abrumpere flammas*
*Extinguere flammas*
*Sedare incendia*
*Soluere amores compoſitos*
*Ponere amores*
*Attenuare amore*
*Abſtinere amore.*
TIB. *Soluere amores cantibus aut herbis.*
PROP. *Soluere amore iunctos*
*Rapere amores*
*Eripere amores*
*Abripere amores*
*Subducere amores*
*Deducere ab amore.*

## XLVIII.

### AMANDI VARIAE ELOcutiones.

*Tenere ardore*
*Ardere igne*
*Amorem alere mollibus verbis*
*Amorem alere diuitijs*
*Vulnus alere tempore*
*Flammas aſſuetudine alere*
*Paſcere amorem*
*Fateri flammas*
*Profiteri amores parcè*
*Profiteri amores timidè*
*Morem gerere amori*
*Indulgere amori*
*Indulgere furori*
*Augere flammas*
*Refouere ignes*
*Amorem reuocare*
*Leuare igne.*

*Amor tangit*
*Amor verſat*
*Amor torquet*
*Amor dat vulnus*
*Amor mordet*
*Amor torret.*

*Flammæ ſerpunt in viſcera*
*Amor intrat mentes*

*Amor*

*Amor manat*
*Venit ſubit*
*Amor manet*
*Amor ſedet*
*Amor hæret*
*Amor hæret in oßibus*
*Ignis ad oſſa peruenit*
*Flamma extincta relucet*
*Ardor reſidet*
*Amor abit*
*Amor exit*
*Amor cedit*
*Amor languet*
*Amor vaneſcit*
*Ardor reuanuit*
*Captus amore*
*Raptus amore*
*Correptus cupidine*
*Tactus libidine*
*Attonitus igne*
*Agitatus ſtimulis amoris*
*Saucius igne*
*Amore attenuatus*
*Turbatus amore*
*Victus amore*
*Calens amore.*

*Amor verſus in tædia*
*Pectus amoris vacuum*
*Hiems amoris*, pro incerto & inſtabili.
TIB. *Suſpirare amores*
*Violare amorem*
*Subrepere amori alicuius*
*Amorem tegere*
*Nudare amorem*
*Amor afflat*
*Aſpirat amor.*
PROP. *Tangi igni*
*Torquere igni*
*Torreri Veneris aheno*
*Amores agitare*
*Terere amore pectus*
*Inſanire amores*, antiquum
*Seruare amores*
*Cuſtodire amores*
*Nutrire amores*
*Compeſcere amores*
*Spondere amores.*

## XLIX.

### MATRIMONIVM.

*Noui thalami*
*Sacra thori*
*Sacra ſocialia*

*Iura iugalia*
*Fœdera lecti*
*Fœdus maritum*
*Coniugale fœdus*
*Socialis amor*
*Socij anni*
*Lectus iugalis*
*Tæda iugalis*
*Iura connubialia.*
PROP. *Faces maritæ.*

## L.

## MATRIMONIVM PROmittere.

*Promittere thorum*
*Connubia promittere*
*Facere coniugij ſpem*
*Dare ſpem thori*
*Dare iura thori*
*Iungere*, ſimpliciter, pro matrimonio iungere.
*Dare*, idem
*Dare nuptam*
*Iungere face*
*Thoro iungere*
*Connubio iungere*
*Thalami fœdere iungere*
*Concipere thalamos*
*Parare thalamos*
*Petere thalamos*
*Parare ſocialia ſacra*
*Parare tædas*
*Inuitare ad tædas*
*Dignari tæda*
*Innubere thalamis*
*Denubere in thalamos.*
TIB. *Promittere coniugium.*
PROP. *Iungi cubili.*

## LI.

## MATRIMONIVM INIRE.

*Inire connubium*
*Thalamum inire*
*Coire thoro ſacro*
*Coire iure tædæ*
*Iugali tæda accipere*
*Thalamo recipere*
*Recipere in thori partem*
*Deducere ſponſam iuueni.*

## LII.

MA-

MATRIMONII FIDEM FALLERE.

*Nuptas fallere*
*Rumpere ſociale fœdus*
*Soluere fœdus coniugale*
*Lædere fœdera ſocialia*
*Temerare Venerem maritam*
*Violare iura mariti*
*Iura iugalia non ſeruare*
*Fallere iura thori*
*Deſerere fœdera lecti*
*Temerare fœdera lecti*
*Thori vincula rumpere*
*Deſtituere thoros legitimos*
*Thalamos violare*
*Cubile temerare.*

*Iungere amorem non legitimo fœdere*
*Facere genus incertum*
*Sollicitare legitimum thorum*
*Vetitum thorum ſollicitare*
*Sollicitare bene compoſitum thorum*
*Sollicitari procis.*
PROP. *Retia lecto tendere*
*Seruare lecti fœdera*
*Sacra marita polluere.*

LIII.

MATRIMONIVM ODISSE.

*Fugere connubia*
*Exoſa tædas iugales*
*Negligere vſum coniugis.*

LIIII.

VIRILES CONTACTVS FVGERE.

*Refugere viriles contactus.*
*Acceſſus viriles refugere*
*Concubitus fugere*
*Tactus virorum in vetitis numerare*
*Renouare manus à tactu*
*Veneris vſus abeſt.*

LV.

EVNV-

EVNVCHVM facere.

*Secare membra viri*
*Subſecare partes viriles*
*Excindere ſe*
*Cædere membra*
*Auferre inguinis onus.*

## LVI.

AMPLECTI.

*Petere amplexus*
*Dare amplexus*
*Dare complexus*
*Accipere amplexus*
*Ferre amplexus*
*Ambire complexibus*
*Impedire amplexu*
*Excipere amplexu*
*Perfrui amplexu*
*Occupare amplexu*
*Tenere amplexu*
*Hærere amplexibus*
*Ire in amplexus*
*Ire ſub amplexus*
*Venire ſub amplexus*
*Verti in amplexus*
*Solui ab amplexu.*
*Premere colla lacertis*
*Colla nectere lacertis*
*Innectere colla lacertis*
*Captare colla lacertis*
*Tenere colla lacertis*
*Tangere collum lacertis*
*Adducere collũ lacertis*
*Amplecti lacertis*
*Complecti lacertis*
*Vlnis amplecti*
*Imponere lacertos humeris* (ros
*Tenere lacertis hume-*
*In lacertis iacêre*
*Onerare lacertos ceruice.*
*Circundare collo brachia*
*Subijcere collo brachia*
*Inijcere collo brachia*
*Nectere collo brachia*
*Implicare collo brachia*
*Implicare lacertos circum colla*
*Hærere collo*
*De collo pendêre*
*Petere colla*
*Venire in colla*
*Ferre ad colla manus*
*Inijcere collo manus*

*Infundi collo*
*Circumfundi collo.*

*Sinu tenere*
*Habere ſinu*
*Implicare ſinu*
*Fouere pectora ſinu*
*Excipere corpora ſinu*
*Recipere ſinu*
*Accipere ſinu*
*In ſinus venire*
*Fouere pectore*
*Gremio fouere*
*Veſte fouere*
*Fouere ſinus*
*Refouere pectora*
*Affigere pectora.*
TIB. *Lacertis retinere*
*Lacertis humeros ſupponere*
*Pendere collo*
*Implicare ſe collo*
*Continere ſinu*
*Fouere ſinu.*
*Ludere in ſinu*
*Conſerere ſinus*
*In ſinus recurrere*
*Amplexus figere.*
PRO. *Subijcere lacertos*
*Poni in lacerto*
*Lacertis niti*
*Fouere lacertis*
*Fouere in vlnis*
*Collo pendere*
*In colla venire*
*Dare collo vincula*
*In colla redire*
*Colla vinctus*
*Niti in ſinu*
*Complexus diducere.*

## LVII.

## BLANDIRI.

*Dicere blanditias*
*Ferre blanditias ore*
*Adhibere blanditias*
*Admouere blanditias.*

## LVIII.

## OSCVLARI.

*Sumere oſcula*
*Iungere oſcula*
*Dare oſcula*
*Rapere oſcula*
*Carpere oſcula luctantia*
*Auferre oſcula luctanti*

Ferre oſcula ab ore
Dare repetita oſcula
Figere oſcula
Admouere oſcula
Porrigere oſcula
Applicare oſcula
Committere oſcula linguæ.
Congerere raptim oſcula
Carpere oſcula ſine ordine
Dare rapta oſcula
Interſerere verbis oſcula
Miſcere oſcula verbis
Os ori iungere
Ora ad ora ferre
Ora admouere ad ora
Ora ore premere
Nectere oſcula lingua.
Inſerere lingua oſcula
Imprimere labella.
TIB. Dare rapta oſcula
Ferre oſcula
Offerre oſcula
Rapere oſcula
Eripere oſcula
Dare oſcula lacrimis mista.
PROP. Sumere oſcula
Carpere oſcula
Ferre oſcula
Dare oſcula
Ponere oſcula in labellis.

## LIX.

### APPELLARE ALIQVAM.

Rogare noctem
Poſcere noctem
Paciſci noctem
Paciſci pro nocte.

Locare noctem
Promittere noctem
Dare noctem
Negare noctem.
TIB. Promittere noctem.
PROP. Paciſci noctem
Concedere noctem
Soluere noctem
Explere noctem
Differre noctem.

## LX.

### VIM PARARE.

*Vim parare*
*Comparare vim*
*Ferre vim*
*Inferre vim*
*Inferre dedecus per vim*
*Vi ſuperare.*

## LXI.

### Vim pati

*Pati vim*
*Pati virum*
*Marem pati*
*Venerem pati*
*Concubitus pati*
*Nefas pati.*
Prop. *Pati Veneris militiam.*

## LXII.

### Vitium offerre.

*Rapere pudorem*
*Auferre pudorem*
*Zonam recingere*, λύειν τὼ ζώνlω, à conſuetudine nuptiali antiqua.
*Libare virginitatem*
*Rapere virginitatem*
*Virgineum nomen adimere.*

*Spolium habere virginitatis*
*Habere pudoris ſpolium*
*Deponere pudorem*
*Pudorem proijcere*
*Fines tranſire pudoris.*

## LXIII.

### Venire in eundem thalamum.

*Sociare cubilia*
*Inire eundem thalamum*
*Venire in eundem thorum*
*Iungi in vno lecto.*

*Sociare corpora*
*Iungere gaudia*
*Amorem iungere*
*Venire ad gaudia*
*Rapere gaudia*
*Carpere gaudia*
*Sumere gaudia.*

Gra-

## LXIIII.

GRAVIDAM ESSE.

*Ferre vtero*
*Ferre vtero ſemina*
*Ferre ventrem*
*Fœtum ferre*
*Pondera ferre*
*Portare onus vteri.*
*Onus tendit corpora*
*Tendit onus matrem*
*Onus grauat membra*
*Grauitas tendit vterum.*

*Eſſe intra viſcera*
*Teneri vtero*
*Fœtus latet in corpore*
*Partus adeſt*
*Auferre onus vtero*
*Soluere partus.*

*Grauidus pondere vēter*
*Venter tumidus pondere*
*Labores decem menſiū.*

## LXV.

PARERE.

*Edere ortus*
*Edere partus*
*Partu edere*
*Nixibus edere*
*Dare partus.*

*Reddere ventre*
*Reddere partu*
*Reddere onus*
*Reddere pignus vteri*
*Reddere ſemina concepta*
*Ponere onus*
*Eniti*, pro párere
*Partu eniti*
*Vtero eniti.*
TIB. *Dare fœtus.*

## LXVI.

PARERE GEMELLOS.

*Geminos párere*
*Edere geminos*
*Eniti gemellos*
*Eniti partus gemellos*
*Eniti prolem gemellam*
*Dare prolem gemellam*
*Dare duos partus*

*Augeri fœtibus duobus.*

## LXVII.

PARTVM MEDICAMENTIS abigere vel necare.

*Mater in partus acerba*
*Excutere onus viſcerib.*
*Labeſactare onus vteri*
*Temerare partus in aluo grauida*
*Partus necare in tumido ventre*
*Effodere viſcera, telis ſubiectis.* Herbas viſcerib. vim inferentes, tela appellat, à ſimilitudine nocendi.
*Figere corpora*
*Vterum viciare.*

## LXVIII.

NASCI.

*Oriri*
*Prodire vtero*
*Emitti in auras*
*Exire in auras*
*Videre diem*
*Fœtus expellit ſe in auras.*

## LXIX.

GENVS DVCERE.

*Genus ducere ab aliquo*
*Generis primordia ducere ex aliquo*
*Ducere domũ ab aliquo*
*Ducere ortus*
*Ducere principium à ſanguine*
*Trahere genus.*

*Autor generis*
*Nominis autor*
*Sanguinis autor*
*Originis autor*
*Propaginis autor.*

*Semine cretus*
*Sanguine cretus*
*Ab origine cretus*
*Ortus aliquo.*

## LXX.

NOMEN IMPONERE.

*Facere nomina*, pro imponere.
*Dare nomina*
*Parere nomina*
*Imponere nomina*
*Tribuere nomina*
*Addere nomina*
*Signare nomine*
*Nuncupari nomine*
*Dicere nomine genitricis*
*Dicere nomine ſuo*
*Dicere à nomine ſuo.*

*Ducere nomina*
*Ferre nomina*
*Trahere nomina*
*Sumere nomen*
*Nanciſci nomen de aliquo*
*Adipiſci nomen ab aliquo*
*Gerere nomen*
*Habere nomen*
*Tenere nomen.*

LXXI.

DARE MAMMAM.

*Dare vbera*
*Vbera præbere*
*Lac dare*
*Dare lactis alimenta*
*Alere lacte*
*Alere lactis ope*
*Imbuere lacte guttura*
*Dare primos cibos*
*Præmia lactis habere.*

LXXII.

VBERA TRAHERE.

*Ducere vbera*
*Bibere vbera*
*Ebibere Vbera*
*Bibere lac*
*Lacte decreſcere.*

LXXIII.

VIVERE.

*Diem videre*
*Videre lucem*
*Lumen vitale videre*
*Aſpicere ſolis lumina*

*Ducere auras*
*Ducere cœlum*
*Ducere ſpiritum*
*Frui vita*
*Fata dant viuere*
*Superare*, pro ſuper-eſſe.

## LXXIIII.

### Ab ineunte aetate.

*Primis ab annis*
*Primis in annis*
*Primis ſub annis*
*Primo ab æuo*
*Primo in æuo*
*Viridi in æuo*
*Viridi ab æuo*
*A teneris annis*
*Puerilibus annis*
*Prima iuuenta*
*A virgine*, quo modo à puero dicimus.
*Primæ lanuginis annis*
*Ab annis detonſis.*
Prop. *Primo æuo.*

## LXXV.

### Aetatem exigere.

*Viuere annos*
*Perficere annos*
*Implere annos*
*Implere fata*
*Conſumere annos*
*Tempora conſumere*
*Agere tempora vitæ*
*Agere annos*
*Agere æuum*
*Agere vitam*
*Agitare vitam*
*Exigere annos*
*Exigere æuum*
*Exigere tempus*
*Peragere annos*
*Aeuum peragere*
*Peragere ætatem*
*Vitam peragere.*

*Ducere vitam*
*Producere vitam*
*Tangere vitæ metam*
*Spacium vitæ decurrere*
*Tempora terere*
*Complere tempora.*
Tib. *Annos explere*
*Tempora producere*

*Sociare vitæ gaudia.*

PROP. *Ducere vitam*

*Educere annos*

*Conterere vitam*

*Decurrere vitam.*

## LXXVI.

AETATEM RENOVARE, vel extendere.

*Renouare annos*

*Facere annos impubes*

*Redire in meliores annos*

*Addere annos*

*Addere annis*

*Tranſcribere vitæ ſpacium alicui.*

## LXXVII.

MORI.

*Extingui primo in æuo.* Ex opinione eorũ, qui animam voluerunt ignem eſſe, vt Zeno, Heraclitus, Hipparchus, Parmenides, Panætius philoſophi: Lucretius & Virgilius poëtæ.

*Exhalare*, qui ventũ, vt Diogenes, Xenophanes, Anaximenes.

*Exhalare vitam*

*Exhalare animam*

*Expirare auras*

*Ire in auras*

*Abire in auras*

*In ventos recedere*

*Fundere vitam*, ex eorum ſententia, qui ſanguinem, vt Empedocles & Critias & ſacræ Ebræorũ litteræ.

*Effundere animam*

*Singultare animam*

*Exuere animam.*

*Finire animam.*

*Finire vitam*

*Aeui ſpacium finire*

*Relinquere vitam*

*Reddere vitam*

Deſerere terras
Relinquere vitale lumen
Adire manes
Eſſe apud manes
Ad Stygias vndas penetrare
Mitti ad vmbras
Submergi inferno.

Abire in rogos
In partem lethi venire
Labi in cineres
Cadere letho
Cadere ſuo fato
Occumbere neci
Pati necem
Mortem pati
Summa dies
Mors venit
Ruit mors
Mors claudit oculos
Spiritus exit
Spiritus deſerit
Anima exit
Vita deſerit
Vita relinquit.
TIB. Nigra hora
Suprema hora
Venit ſuprema hora
Venit mors
Venit mors rapax
Venit mors propior
Mors imminet
Fatum properat morte.
PROP. Niger dies
Ponere animam
Deponere animam
Ponere vitam
Subire mortem
Adire mortis iter
Effugere rogos.
Mors claudit oculos
Mors manet omnes
Mors venit ſera
Vitam repoſcunt fata.

## LXXVIII.

### MORTVVS.

Dilapſus in auras
Fatis ereptus
Defunctus vita
Defunctus terra
Functus ſepulcro
Miſſus in tartara
Receptus inferna ſede
Impoſitus ſupremis ignibus

Aduſtus

*Aduſtus ignib. ſupremis*
*Parca ſtat colo vacua*
*Patiens mortis*
*Immunis necis*
*Funeris expers*
*Expers ſepulcri.*
TIB. *Fuiſſe*, dicit eum qui eſt mortuus.
*Conſumptus morte*
*In vmbram mutatus*
*Defunctus lucis tẽpora.*
PROP. *Extinctus*
*Vſtus lignis funeris.*

LXXIX.

CLAVDERE OCVLOS.

*Condere lumina*
*Tegere lumina*
*Premere oculos*
*Comprimere oculos*
*Claudere oculos*
*Formare oculos*: quod fit cõprimendo.

LXXX.

IN ALICVIVS manib. mori.

*Exhalare animam in alicuius ore*
*Excipere animam ore*
*Excipere hiatu animam*
*Excipere ore ſpiritum*
*Obſiſtere animæ fugienti.*

LXXXI.

IVSTA FACERE.

*Soluere iuſta*
*Peragere iuſta*
*Ferre iuſta*
*Dare iuſta*
*Dare munera feralia*
*Ferre dona cineri*
*Ferre dona in cineres*
*Reddere tumulis honores*
*Facere exequias*
*Ferre in exequias.*
TIB. *Ferre dona ſepulcro*
*Dare tumulo ſerta*
*Dare in exequias munus.*
PRO. *Dare iuſta debi-(ta*

*Dare iura umbris.*

LXXXII.

SEPELIRE.

*Condere*, ſimpliciter pro ſepelire
*Tegere*, idem: ut & ſequentia verba
*Ponere*
*Deponere*
*Componere*
*Tumulare*
*Contumulare.*

*Condere tumulo*
*Condere ſepulcro*
*Condere monumento*
*Condere urna*
*Condere terra*
*Condere humo*
*Tegere ſepulcro*
*Tegere humo*
*Contegere humo*
*Supponere terræ*
*Supponere humo*
*Supponere tumulo*
*Deponere terra*
*Imponere ſepulcro*
*Dare tumulo*
*Solo credere*
*Premere humo*

*Humus tegit oſſa*
*Tellus tegit oſſa*
*Solum oſſa contegit*
*Oſſa humo premuntur*
*Terra cineres accipit.*
TIB. *Componere*, pro ſepelire.
*Tumulus oſſa tegit.*
PROP. *Condere*
*Tegere*
*Contegere oſſa*
Cæde nocens
Cæde ſatiatus
Cæde ſaturatus.

Manus immunis cædis
Vacua cædis manus
Manus innocua.
PRO. Occupare enſe aliquem
Soluere vitam
Sub armis cadere
Manus infectæ ſanguine.

CCXIII.

VITAM DONARE.

Concedere vitam
Dare vitam

Dare

*Dare animam*
*Subducere animam morti*
*Seruare animam*
*Seruare vitam*
*Accipere vitam*
*Debere vitam*
*Debere ſalutem.*

CCXIIII.

CAEDEM FACERE.

*Facere cædem*
*Committere cædem*
*Cæde manum tingere*
*Recalfacere telum cæde*
*Enſem tepefacere ſanguine*
*Sanguine tepefacere haſtam*
*Tingere ferrũ ſanguine*
*Facere aceruos enſe.*
PROP. *Tingere ferrum ceruice alicuius.*

CCXV.

VITAM LAQVEO FINIRE.

*Animam laqueo claudere*
*Animæ viã laqueo claudere*
*Colla laqueo ligare*
*Laqueo ligare guttura*
*Nodare collo laqueum*
*Aptare collo vincula*
*Implicare colla laqueis*
*Laqueo fauces innectere*
*Elidere fauces laqueo*
*It guttur per laqueum*
*Strangulare ora*
*Claudere iter vocis*
*Præfocare animæ viam.*

CCXVI.

DARE SE PRAECIPITEM.

*Mittere ſe deſuper in alta*
*Mittere ſe ſuper pontum*
*Mittere in vndas*
*In aquas mittere*
*Immittere in vndas corpus*
*Præcipitare in aquas*

Mittere ſe è ſummo
Iacĕre ſe è ſummo
Propellere ex alto corpus
Ferri in præceps
Volui in præceps
Mittere præcipitem
Dare ſaltus è ſummo
Dare ſe præcipitem
Vadere per præceps.
TIB. Delabi præcipitem.
PROP. Iacĕre corpus è ſaxo
Mittere corpus è ſaxo.

## CCXVII.

### CAPI VEL DEPREHENDI.

Laqueos diſponere
Cadere cathenis
Cadere in laqueos
In plagas cadere.

Decidere in caſſes
Teneri laqueis.

Emittere laqueis
Demere vincula
Rumpere vincula
Reſoluere captiua corpora
Tendere caſſes
Teneri cathenis
Soluere cathenis
Leuare vincula
Remittere vincula.

## CCXVIII.

### IN VINCVLA CONIICERE.

Claudere in ſolidis tectis
Claudere in carcere
Carcere cohibere

Parare vincula
Inijcere vincula collo
conijcere vincula collo
Addere captiuis vincula
Adhibere captis vincula
Innectere vinculo
Impedire vinculis
Coërcere vinculis
Domare vinculis
Retinere vinculis.

Dare manus ad vincula
Porri-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776534-p0120-6

*Porrigere manus ad vincula*
*Addere manus in vincula*
*Nectere per manus vincula*
*Gerere ceruice vincula*
*Vincere cathenis*
*Religare cathenis*
*Compeſcere cathenis*
*Nectere cathenas per colla*
*Onerare colla cathenis.*

*Pati vincula*
*Subire vincula*
*Ferre vincula.*
TIB. *Religare brachia*
*Vincire compede*
*Subijcere colla cathenæ*
*Teneri cathenis*
*Crura ſonant compede*
*Negare ſe vinculis*
*Detrectare vincula*
*Vincula tenent.*
PRO. *Parare vincula*
*Aſtringere vinculis*
*Vincire cathena*
*Circundare cathenis colla*
*Liuere cathenis*
*Vincula perpeti.*

## CCXIX.

### OPITVLARI.

*Ferre auxilium*
*Ferre opem*
*Succurrere amico*
*Ferre auxilium in reb. miſeris*
*Ferre opem reb. in arctis*
*Afferre opem lapſo*
*Tueri conſtanti fide amicum*
*Amici cauſam non deſerere*
*Ferre pro aliquo arma.*

## CCXX.

### PVNIRE.

*Capere pœnas alicuius rei*
*Exigere pœnas*
*Afficere pœna*
*Coërcere pœna*
*Pœnæ dedere.*

*Merere pœnas*

*Commerere pœnas*
*Merere ſupplicium*
*Recuſare ſupplicium.*

## CCXXI.

POENAM STATVERE.

*Ponere pœnas*
*Imponere pœnas*
*Addere pœnas*
*Ire in pœnas*
*Trahere in pœnas*
*Verti in pœnas.*

## CCXXII.

POENAM MINVERE.

*Mollire pœnam*
*Leuare parte pœnæ*
*Leuare à pœna partem*
*Demere pœnam*
*Eximere pœnæ*
*Contrahere pœnas.*

*Seruare pœnam*
*Reſeruare pœnæ*
*Differre pœnas*
*Differre pœnæ tempora*
*Debere pœnas*
*Experiri pœnas*
*Inſtare pœnas*
*Digerere in alios pœnas*: id eſt, alios participes pœnæ facere.
TIB. *Minari pœnas*
*Perſequi pœnis.*
PROP. *Inuigilare pœnis.*

## CCXXIII.

DARE POENAS.

*Dare pœnas*
*Luere pœnas*
*Luere morte pœnas*
*Subire pœnas*
*Inire pœnas*
*Pati pœnam*
*Pati nouum pœnæ genus*
*Pati pœnam ſine crimine*
*Pendere pœnas*
*Soluere pœnas*
*Facta luere*
*Pœna venit*
*Pœna ſequitur*

*Pœna*

*Pœna reuertitur*
*Pœna redundat*
*Pœna ſuperat*
*Pœna trahit*
*Eſſe in pœna*, cogitare de vltione.
*Pœna culpa minor*
*Pœna merito minor*
TIB. *Luere pœnas*
*Perſoluere pœnas*
*Pœna manet.*
PROP. *Dare pœnas*
*Pœna eſt ante pedes.*

CCXXIIII.

FINEM FACERE.

*Facere finem*
*Facere modum*
*Ponere finem*
*Imponere finem*
*Imponere modum*
*Statuere modum.*

*Finem quærere*
*Finem habere*
*Finis abeſt*
*Dempto fine.*

# DE CARMINVM ALIQVOT GENERIBUS EXEMPLA.

CARMINVM genus, vſitatiſsimum eſt Elegiacum, compoſitum è verſu hexametro & pentametro. Hexameter habet loca ſex, pedes binos ſpondeum & dactylum, qui inter ſe miſcentur & tranſponuntur: excepto loco quinto, qui ſolum dactylum, & loco poſtremo, qui ſolum habet ſpondeum. Pentameter loca quinque, pedes eoſdem, & duo commata, & duplicem cæſuram. Primum comma habet dactylum vel ſpondeum indifferenter, cum ſuperflua ſyllaba longa alterum ſolos dactylos duos cum ſyllaba communi, hoc modo

–∪∪ –∪∪ –– –– –∪∪ ––

–∪∪ –– – –∪∪ –∪∪ –

Huius plura ſubijcienda exempla, vt pueris ſint in promptu, vndè præcepta repetant, & ſententias aliquot elegantes memoriæ mandent.

VIRGO ET MATER.

*Virginitas, partus, diſcordes tempore longo,*
*Virginis in gremio fœdera pacis habent.*

VITA ET MORS.

*Scilicet ex illa, qua primùm naſcimur hora,*
*Prorepunt iuncto vitaq; morsq; pede.*

FLETVS ET RISVS.

*Fleres, ſi ſcires vnum tua tempora menſem:*
*Rides, cùm non ſit forſitan vna dies.*

MORIO.

*Quem mordent publices, extinguit morio lychnon,*
*Non me, inquit, cernent amplius hi publices.*

PVMILIO.

*Si ſolum ſpectes hominis caput, Hectora credas:*
*Si ſtandem videas, Aſtyanacta putes.*

IVVENIS PRVDENS.

*Si merita audieris Fernandi, Neſtora credas:*
*Si numeres annos, dixeris Antilochum.*

MORIO.

*Non mendax ſtupor eſt, nec fingitur arte doloſa,*
*Quisquis plus iuſto non ſapit, ille ſapit.*

LACTVCA.

*Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat auorum,*
*Dic mihi, cur noſtras inchoat illa dapes?*

RAPA.

*Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa,*
*Quæ damus, in cœlo Romulus eſſe ſolet.*

VITA PRAESENS.

*Principium vitæ dolor eſt, dolor exitus ingens,*
*Et medium labor eſt: viuere quis cupiat?*

EADEM.

*Vita quid eſt? labor eſt, & habendi vana cupido,*
*Triſtis ad extremum ſollicitudo diem.*

VITA CRASTINA.

*Non eſt (crede mihi) ſapientis dicere, viuam:*
*Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie.*

VITA INCERTA.

*Quidquid habes hodie, cras te fortaſſe relinquet,*
*Aut modò dum loqueris, deſinet eſſe tuum.*

MORS.

*Excipit innumeros hominum breuis hora labores,*
*Et redit in cineres vita caduca leues.*

NVDITAS

*Nudus vt in terram veni, ſic nudus abibo:*
*Quid fruſtra ſudo, funera nuda videns?*

SEPVLCHRVM.

*Inueni portum, ſpes & fortuna valete:*
*Nil mihi vobiſcum, ludite nunc alios.*

DEVS LENTVS EST.

*Noſtra Deus ſubitis non damnat crimina pœnis,*
*Compenſat longas ſed grauitate moras.*

ALIVD



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776534-p0126-9

*Si quoties peccant homines, ſua fulmina mittat*
*Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.*

IMMORTALITAS.

*Securus moritur, qui ſcit ſe morte renaſci:*
*Mors ea nec dici, ſed noua vita poteſt.*

REGNVM.

*Oceani rapidis vt ventis vnda cietur,*
*Semper habent varias ſic quoq; regna vices.*

IN PARCVM.

*Nil mihi das viuus, dicis poſt fata daturum:*
*Si non es ſtultus, ſcis Maro quid cupiam.*

DE EADEM.

*Non largitur opes, & vult epigammata Flaccus,*
*Iure ſuo hæc poſcit, vult ſibi verba dari.*

INSCITIA.

*Cùm quod nemo ſciat, noris: cùm quod ſciat omnis*
*Ignores: puto quòd nil Tilonine ſcias.*

DE EADEM.

*Condito ab orbe fuit, qui nouerit omnia nemo,*
*Nemo igitur Fauſtus, condito ab orbe fuit.*

AMOR.

*Et ſapiens & amans vis idem Poſthume haberi,*
*Poſthume vis idem deſipere & ſapere.*

DE EODEM.

*Omnis*

Omnis amans amens, amor eſt inſania : ſano
Inſanit certè pectore, quisquis amat.

AMICICIA INCERTA.

Odi & amo, quare id faciam fortaſſe requiris?
Neſcio, ſed fieri ſentio, & excrutior.

DE EADEM.

Non amo te Sabidi, nec poſſum dicere, quare?
Hoc tantum poſſum dicere, non amo te.

DE EADEM.

Inſequeris fugio : fugis, inſequor: hæc mea mens eſt,
Velle tuum nolo Dindyme : nolle, volo.

DE EADEM.

Eſſe nihil dicis, quicquid petis, improbe Cinna,
Si nil Cinna petis, nil tibi Cinna nego.

LICINVS.

Marmoreo tumulo Licinus iacet : at Cato paruo,
Pompeius nullo : credimus eſſe Deos?

POMPEIVS ET FILII.

Pompeios iuuenes Aſia atq; Europa, ſed ipſum
Terra tegit Libyes : ſi tamen vlla tegit.

DOMVS PATERNA.

Felix, qui ſolis, paruo contentus, in agris
Degit, vbi proauis res fuit antè ſuis.

LIBERALITAS.

Extra

*Extra fortunam eſt, quicquid donatur: amicis*
*Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes.*

LIBERTAS.

*Non bene (crede mihi) ſeruo ſeruitur amico:*
*Sit liber, dominus qui volet eſſe meus.*

IMMODICA NON DVRANT.

*Immodicis breuis eſt ætas, & rara ſenectus:*
*Quicquid amas, cupito non placuiſſe nimis.*

HOMO VAGVS.

*Dic, vbi conueniam, dic, qua te parte requiram,*
*Quisquis vbiq; habitat Maxime, nuſquā habitat.*

VXOR.

*Vxorem quare locupletem ducere nolim,*
*Quæritis? vxori nubere nolo meæ.*

IN LYCORIN.

*Tibur in Herculeum migrauit nigra Lycoris,*
*Omnia dum fieri candida credit ibi.*

SOMNVS.

*Vicini ſomnum non tota nocte rogamus,*
*Nam vigilare leue eſt, peruigilare graue.*

VIR BONVS.

*Ampliat ætatis ſpacium ſibi vir bonus: hoc eſt*
*Viuere bis, vita poſſe priore frui.*

LI-

LIBER.

*Hunc ſeruare modum noſtri nouêre libelli,*
*Parcere perſonis, dicere de vicijs.*

IMAGO.

*Ars vtinam mores animumq́ue effingere poſſet,*
*Pulchrior in terris nulla tabella foret.*

DOMICILIVM.

*Illa placet tellus, in qua res parua beatum*
*Me facit, & tenues luxuriantur opes.*

FORTITVDO.

*Rebus in anguſtis facilè eſt contemnere vitam,*
*Fortiter ille ſapit, qui miſer eſſe poteſt.*

IN ZOILVM.

*Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus,*
*Rem magnam præſtas Zoile, ſi bonus es.*

TVMVLVS.

*Vixi, quod volui ſemper bene, pauper honeſtè,*
*Fraudaui nullum, quod iuuat oſſa mea.*

ALIVS.

*Morborum vicia, & vitæ mala maxima fugi,*
*Nunc careo pœnis, pace fruor placida.*

ALIVS.

*Nil proſunt lachrimæ, nec poſſunt fata moueri,*
*Viximus hîc omnes exitus vnus habet.*

ALI-

ALIVS.

*Viuite felices, moneo, mors omnibus inſtat,*
*Exemplum à nobis diſcite, qui legitis.*

ALIVS.

*Decipimur votis, & tempore fallimur: & mors*
*Deridet curas: anxia vita nihil.*

ALIVS.

*Sic rerum natura iubet, ſic temporis ordo:*
*Quæ modò ſunt, pereunt: quæq; futura, cadent.*

VITA HONESTA.

*Viuite mortales, curæ quot viuitis annos*
*Non ſit, ſed vobis quàm bene vita fluat.*

TOLLERE.

*Quis neget Aeneæ magni de ſtirpe Neronem?*
*Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem.*

FACERE.

*Omnia cùm facias, miraris, cur facias nil*
*Poſthume, rem ſolus qui facit, ille facit.*

VIVERE.

*Tecum habita, vt viuas: alibi quicunq; moratur,*
*Non viuit: vita eſt, viuere Bembe ſibi.*

CANERE.

*Demodocus laudes heroum, Aegyptus Oſyrim,*
*Fata canit Proteus, carmina Mæonides.*

LEGE-

LEGERE.

*Mella Cupido, æquor Nereus, Proſerpina flores,*
*Scipio vatis opus, ſtamina Parca legit.*

CVRVARE.

*Virga recens Zephyris, neruo curuabitur arcus,*
*Igne chalybs, adamas ſanguine, corde Deus.*

IMPERATOR.

*Templa dijs, mores populis, dedit otia ferro,*
*Aſtra ſuis, cœlo ſidera, ſerta Ioui.*

PRINCEPS BONVS ET MALVS.

*Quid bonus eſt princeps? canis eſt, cuſtos gregis, inde*
*Qui fugat ore lupos? quid malus? ipſe lupus.*

DEITAS.

*In deitate gradus, menſura, & tempora non ſunt:*
*Et quod idem eſt, maius non habet atq; minus.*

DEI MAIESTAS.

*Maieſtate Dei concluditur omne, quod vſquam eſt,*
*Quo ſine nil rerum ſtare vel eſſe poteſt.*

MENS.

*Poſt finem, ſine fine manet, mens dedita Chriſto,*
*Linquens turbam hominum, ſtat ſociata Deo.*

ALIVD.

*In ſolo eſt mens tuta Deo, quem linquere nolens,*

*Nun-*

*Nunquam erit æterno non opulenta bono.*

## CVLTVS DEI.

*Hac deſiderij Deus eſt pietate colendus,*
*Iuſticiæ vt merces tota ſit, ipſe Deus.*

## CHRISTVS.

*Vita ego ſum, qui in me credit, vel morte peremptus,*
*Conſorti mecum ſede beatus erit.*

## CHRISTIANI.

*Vtuntur terra, vt cœlo, fugientia temnunt:*
*Quod credunt, quod amant, quod cupiunt, Deus eſt.*

## LIBERALIS.

*Dum tibi reſtrictus maneas, & largus egenis,*
*Quod facis in minimis, te dare crede Deo.*

## DE EODEM.

*Quos das pauperibus, theſauros colligis, in quos*
*Nil ſors, nil homines iuris habere queant.*

## DEVS, IMPERATOR.

*Aſtra Deo nil maius habent; nil Cæſare terræ,*
*Si Cæſar terras, vt Deus aſtra regit.*

## FIDES.

*Ecce caduca volant præſentis ſæcula mundi,*
*Sola fides meriti neſcit honore mori.*

## ALIVD.

*Commoda de damnis mercaris, gaudia planctu,*

*Si tibi de Chriſto eſt, indubitata fides.*

AMOR DEI.

*Corpora puluis erunt, ſed mens pia floret in æuum:*
*Omnia prætereunt, præter amare Deum.*

HVMANA INCERTA.

*Omne bonum velox, fugitiuaq́ gaudia mundi,*
*Monſtrantur terris, & citò lapſa ruunt.*

PATIENTIA.

*Aſpera qui tolerat, poſt mox hunc læta ſequuntur:*
*Et per mœrores gaudia nota metit.*

DE EADEM.

*Dulcia non meruit, qui non guſtauit amara,*
*Namq; per oppoſitum naſcitur omne bonum.*

MORS.

*Omnes vna manet ſors irreparabilis horæ,*
*Cùm venit extremus lege trahente dies.*

NOBILITAS.

*Quòd ſi præfertur generis qui ſeruat honorem:*
*Quanta eſt laus maior nobilitare genus?*

VINDICTA.

*Quod ſibi quis nolit fieri, non inferat vlli,*
*Vindictam læſus neſciat exigere.*

VITA CHRISTIANI.

*Elige*

*Elige iuſticiam, pacem cole, dilige Chriſtum,*
*Et pete delicias, quas ſine fine geras.*

IRA, EBRIETAS.

*Ille Deo ſimilis feruentem qui coquit iram:*
*Ille hominum primus, qui bibit atq; ſapit.*

BONA CONSCIENTIA.

*Cur tibi tam facilis, cur tam iucunda ſenectus?*
*Libera quòd vicÿs tota iuuenta fuit.*

CHRISTI BENEFICIA SVNT NOSTRA.

*Ortus Chriſte tuus, tua mors, ſunt omnia noſtra,*
*Et noſtrum eſt, cœli templa quòd alta tenes.*

DE EODEM.

*Chriſte tibi proprium, miſereri, ignoſcere lapſis:*
*Viuere velle omnes, morte perire nihil.*

SABBATHVM.

*Septima lux Domino ſacra eſt, operiq; negata:*
*Hanc vacuam rebus fœmina virq; colant.*

FIDES.

*Centurio, cæci, Chananæa, fidelia Chriſto*
*Pectora, quod credunt non dubitanter, habent.*

DE EADEM.

*In ſolo ſperare Deo tutiſſima res eſt,*
*Spem fidam nunquam non iubet eſſe ratam.*

## VICTORIA.

*Non eſt in telis victoria clara cruentis:*
*Illa fide, atq; pia nititur illa prece.*

## DE EADEM.

*Parcere quæ nouit victis, victoria pulchra eſt:*
*Euentus triſtes fœda tyrannis habet.*

## DEVS NON FALLITVR.

*Fallere mortalem res vna facillima viſum:*
*Lumina quis fallet ſemper aperta Dei?*

## DEVS MONITOR.

*Anteeunt ſemper tacitas præſagia clades,*
*Excitat & monitor corda ſupina Deus.*

## ASINVS.

*Ne rudibus caueat, quidquam committat aſellis,*
*Res bene curatas qui volet eſſe ſuas.*

## IDEM.

*Sis aſinus, quemcunq; aſinum ſors aſpera fecit,*
*Qui placidè ſortem ferre ſcit, ille ſapit.*

## DEFVNCTVS.

*Tu quod es hoſpes, erã: quod ego ſum, tu quoq; fies:*
*Quæ tibi vis fieri iuſta, precare mihi.*

## IDEM.

*Hæc habeo, quæ cognoui ſacra atq; prophana:*
*Cætera mors iſto condidit atra ſolo.*

### Ad Fortvnatvm.

*Tarda quidem, ſed opima tibi fortuna reſultat:*
*Quæ veniunt cupidis ſera, tamen veniunt.*

### Gratia divina.

*Nos Domini quidquid ſumus, hoc ſumus: illius omne*
*Quod ſtat, quodq́ cadit: ſtat, cadit arbitrio.*

### Conscientia.

*Quamuis verba reo deſint, & teſtis agenti,*
*Proditur indicio mens tamen ipſa ſuo.*

### Poenitentia.

*Plange, dole, pia corda leua, veniamq́ precare:*
*Sic vult offenſus te lacrimare Deus.*

Restant & alia quædam genera, quorum quia in templis vſus eſt, etiam numeri debent eſſe noti: nec plura hoc loco fuerunt proponenda, quàm iſta quatuor quæ ſequuntur, quæq; interpretatiunculis egere viſa ſunt. Fruſtra enim Deo offertur, aut diſcendum traditur, quod intellectu caret.

## DE IAMBICO DIMETRO.

Versvs iambici dimetri conſtant

in locis omnibus iambo, in imparibus etiam ſpondeo, hoc modo

υ– υ– υ– υ–

–– υ– –– υ–

### D. AMBRO. II. HYMNVS SOLSTITII AESTIVI.

*O' lux beata Trinitas,*
*Et principalis Vnitas,*
*Iam ſol recedit igneus,*
*Infunde lumen cordibus.*
*Te mâne laudum carmine*
*Te deprecamur veſpere,*
*Te noſtra ſupplex gloria*
*Per cuncta laudat ſecula.*

Hic hymnus occaſione temporis eſt circa ſolſtitium æſtiuum ſcriptus, die iam rurſus decreſcente. Id appâret ex eo, *Iam ſol recedit.*

*O' lux)* Lucis vocabulum ſingulis in diuinitate perſonis rectè tribuitur. Deo patri, Micheæ vltimo, Cùm ſedero in tenebris, Deus lux mea. Chriſtus de ſeipſo, Iohan. 10. Ego ſum lux mundi. De Spiritu ſancto, Luc. 3. Baptizabit vos Spiritu ſancto, igne.

*Beata trinitas)* vnde & nobis beatitudo ſperatur.

*Principalis)* regnans & omnipotens. Diuinitatis vna eſt οὐσία, triplex ὑπόστασις, Deus pater, Deus filius, Deus Spiritus ſanctus: hoc modo patefacta eſt ipſa diuinitas, ad fluuium Iordanem, & in monte Thabore.

*Sol*

*Sol recedit )* vt dies fiant contractiores.

*Infunde lumen cordibus )* Ita alibi, Infunde amorem cordib. Infunde, immitte: infunde lumen, irradia. Sine Deo nihil clarum eſt, nihil lucidum.

*Te mâne laudum carmine )* Hortantis eſt ad gratiarumactionem, quæ debetur Deo, quòd ſui nobis cognitionem dedit, & mentes ad verum ſui cultum inſtruxit: cuius beneficij memoria debet eſſe celebris, vt mane & veſperi, hoc eſt, tempore totius diei, eam cum animis repetamus, & laudibus meritis extollamus.

*Te noſtra ſupplex gloria )* Gloriam συνεκδοχικῶς appellat carmen, quo gloriam damus Deo, quomodo Græci ſuos hymnos vocant, τιμὰς: Horatius honores.

## DIVI AMBROSII HYMNI.

## PRIMVS, AD PRIMAM.

### ORTA DIES.

*Iam lucis orto ſidere,*
*Deum precamur ſupplices,*
*Vt in diurnis actibus,*
*Nos ſeruet à nocentibus.*
*Linguam refrenans temperet,*
*Ne litis horror inſonet,*
*Viſum fouendo contegat,*
*Ne vanitates hauriat.*
*Sint pura cordis intima,*
*Abſiſtat & vecordia,*

*Carnis terat ſuperbiam,*
*Potus cibiq́; parcitas.*
*Vt cùm dies abſceſſerit,*
*Noctemq́; ſors reduxerit,*
*Mundi per abſtinentiam*
*Ipſi canamus gloriam.*

Docet Ebræus ſapiens, vt cum ortu ſolis Deo occurramus, imò vt ſolis ortum anteuertamus, ad agendas Deo gratias. Qui hoc non facit, quaſi pruina hiemis liqueſcet, aut quaſi aqua caduca diffluet. Sapientiæ 16. Oportet diuinorum beneficiorum ſemper eſſe memorem.

*Lucis orto ſidere)* Sidus lucis, ſolem intelligit, qui lucem producit.

*Supplices)* humiles. hoc modo, vt verè ipſum agnoſcamus, qui ſolus inuocandus eſt, & inuocandus ſubmiſſè, & cum vitæ emendatione. Vita autem emendari non poteſt, niſi Deus ipſe nos gubernet.

*In diurnis actibus)* in actionibus totius diei.

*A' nocentibus)* ab hominibus qui moribus vel exemplis nocent. Vel à rebus nocentibus, quales ſunt peccatum, ſcandala, ſatanas, caro noſtra.

*Linguam)* In homine lingua & oculi inſtrumenta ſunt multorum malorum: in lingua eſt mendacium, in oculis concupiſcentia. His addit Siracides cap. 7. aures quoq;, per quas extrinſecus fit corruptio.

*Refrenans)* Lingua eſt, vt Iacobus ait Apoſtolus, κακὸν ἀκατάχετον, malum incoërcibile: vel, vt Græcus quidam, νόσος ἀχάλινος, morbus non curabilis.

Tempe-

*Temperet*) τὴν γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι, ait idem Apoſt. 3. Vnde Dauid præclarè admonet, vt cuſtodiamus linguam à malo, & os ipſum à mendacio, Pſ. 34.

*Litis horror*). Linguæ mala ſunt, mendacia, calumniæ, obtrectationes, rixæ, conuicia, maledicta, blaſphemiæ: vnde iacula & arcus linguæ Ieremias cap. 9. & plagas linguæ Siracides cap. 28. nominat.

*Viſum*) oculos: effectus, pro efficiente: oculi ſunt in cupiendo (vt ait Salomon) inſatiabiles, Prou. 27.

*Contegat*) gubernet, ne nimium aut noxium videat.

*Ne vanitates hauriat*) Sumptum ex illo Dauidico, Auerte oculos, ne videant vanitates.

*Sint pura cordis intima*) Pura, vacua à prauitate. Internum malum in homine, eſt cor ipſum, pronum ad omnem affectum vitioſum.

*Abſiſtat & vecordia*) Degenerant homines pigricia, & euehuntur ſuperbia: igitur ne nimis iacentes ſint, abſit vecordia: ne nimis elati, deponatur ſuperbia.

*Potus cibiq́ parcitas*) Ex ſatietate ſuperbia: è ſuperbia ruina.

*Sors*) Ordo naturæ, qui ſortem & viciſſitudinem habet.

*Mundi per abſtinentiam*) Mundi, puri, eoq́; magis purati: Per abſtinentiam, detractis luxuriæ inſtrumentis, vt ſimus expeditiores ad orandum.

*Ipſi*) Qui ſolus linguam compeſcere, oculos ſeruare, animos purgare poteſt.

SECVNDVS AD TERTIAM.

MANE.

*Nunc ſancte nobis Spiritus*
*Vnum Patri cum Filio,*
*Dignare promptus ingeri*
*Noſtro refuſus pectori.*
*Os, lingua, mens, ſenſus, vigor,*
*Confeßionem perſonent,*
*Flammeſcat igne charitas,*
*Accendat ardor proximi.*

Quidquid in homine eſt vitale aut vegetum, id totum Deo ſeruiat, & confeſſioni nominis eius. Id cùm fieri nequeat viribus humanis, præſentia & virtute Spiritus ſancti opus eſt, qui in pectoribus ardorem erga Deum, & erga proximum charitatem excitet.

*Vnum Patri cum Filio)* Deus Spiritus ſanctus cum patre & filio vocatur Vnum, quia ab vtroque procedit, ambobus æqualis, maieſtate & ſapientia, & amor ille æternus & ardentiſſimus, quo pater filiusq; coniunguntur ſubſtantia indiſſolubili, charitate inexhauſta, & vinculo omnipotente.

*Promptus)* beneuolus, volens.

*Ingeri)* Iuxta illud Iohan. 14. Veniemus ad eum, & manſionem faciemus apud eum.

*Refuſus pectori)* Ait enim Iohel propheta cap. 2. Effundam Spiritum meum ſuper omnem carnem.

*Os, lingua, mens, ſenſus, vigor)* hoc eſt, Quidquid mouetur, ſapit, ſentit, ſpirat in animo atque corpore, in membris ſingulis atque vniuerſis.

Con-

*Confeſſionem*) Confeſſio Chriſtiani eſt, Deum in tribus perſonis eſſe vnitam ſubſtantiam: Patrem eſſe rerum omnium artificem & conſeruatorem: Filium redemptorem generis humani, regem & ſacerdotem noſtrum: Spiritum ſanctum eſſe lumen mentium, cuius beneficio patrem Deum agnoſcimus, & Chriſtum Dominum noſtrum vocamus. Hæc eſt Chriſtianorum de Deo confeſſio, quam fide certam tenere, & ore conſtanter ꝓfiteri oportet. Deinceps inter alios & cum aliis ita viuere, vt exerceamꝰ eiuſmodi beneuolentiam, charitatem, beneficentiã erga omnes, qualem nobis volumus, aut cupimus, aut optamus exhiberi. Poſtremò vt vitam totam agamus (Pauli verbis vtar) ἀξίως θεοῦ καὶ πίστεως.

*Flammeſcat*) Flamma lux eſt, ab igne profecta, & ignis ardentis indicium. Igni comparat fidem, charitatem flammæ, quia hæc in rebus externis teſtis eſt, quid intus in pectore clauſum teneatur.

*Accendat ardor proximi*) 1. Ioan. 3. Qui non diligit fratrem ſuum, non eſt ex Deo.

## TERTIVS, AD SEXTAM.
### MERIDIES.

*Rector potens, verax Deus,*
*Qui temperas rerum vices,*
*Splendore qui mâne inſtruis,*
*Et ignibus meridiem.*
*Extingue flammas litium,*
*Aufer calorem noxium,*
*Confer ſalutem corporum,*
*Firmaq; pacem cordium.*

Prouidentia Dei tempora ita ſunt diſtributa, vt omnipotentia & ſapientia conditoris facilè omnibus appareat: hæc intelligere & celebrare par eſt, & gratias pro tantis bonis agere, homini Chriſtiano conueniens.

*Rector potens, verax Deus)* Deo tribuitur omnipotentia, quæ ex rerum conditarum conſeruatione conſtat: tribuitur eidem veritas, quam ipſe à tot ſeculis præſtitit.

*Qui temporis rerum vices)* Non tantùm admirabilis & ſtupenda ipſa creatio eſt, ſed ordo quoque & viciſſitudo rerum, vt in ipſis, de quibus nunc agitur, temporibus. In diebus, qui mane, meridie, & veſpere diſtinguuntur, & ſunt hominum operibus deſtinati. Item in menſibus & annis, quos lunæ ſolisq; curſus efficiunt, & hominum proſunt actionibus. Item in anni qualitatibus, vere, æſtate, autumno, hieme diſtinctis, per quas ſeruatur hominum incolumitas. Itaq; hæ vices, quid ſunt aliud, quàm ordo diuinus? Moſes ait cœli luminaria condita, vt ſint in ſigna ac tempora, in dies & annos. Ponit aliud dierum diſcrimen Siracides cap. 33. & teſtatur poſt diluuium Deus, manſuram hanc viciſſitudinem ad finem vſq; mundi.

*Splendore)* luce nitidiſſima.

*Mâne)* Initium diei.

*Et ignibus meridiem)* hoc eſt,

Cùm calet, & medio ſol eſt altiſſimus orbe.

*Extingue flammas)* Quæ ſunt in temporibus, eadem hominum animis accommodantur. Sunt in homine πάθη ſeu affectus, qui ſunt inſtar flammarum, quib. animus accenditur & perturbatur: ſunt

ὀξί-

ὀρέξεις ſeu appetitus, quæ more æſtus exurgunt & abripiunt. Affectus cõparantur tempori meridiano calido, appetitiones tempori meridiano peſtifero.

*Extingue)* reprime, coërce.

*Flammas litium)* Qualis eſt flamma τῆς φιλοτιμίας, de qua Paulus ad Galatas 6. Non efficiamur gloriæ inanis cupidi: inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

*Aufer)* tolle, adime.

*Calorem noxium)* Qualis eſt calor τῆς φιλοδοξίας, ex qua, vt idem 1. ad Timotheum vltimo, naſcuntur inuidia, inimicitiæ, conuicia, ſuſpiciones.

*Confer ſalutem corporum)* vt & membris integrè valeamms, & ſimus animis placidè tranquilli.

*Firmaq́; pacem cordium)* Confirma conſeruaq́; inter omnes beneuolentiam & manſuetudinem.

## QVARTVS AD NONAM.

### VESPER.

*Rerum Deus tenax vigor,*
*Immotus in te permanens,*
*Lucis diurnæ tempora*
*Succeßibus determinans:*
*Largire clarum veſpere,*
*Quo vita nuſquam decidat,*
*Sed præmium mortis ſacræ*
*Perennis inſtet gloria.*

Conuenit hic hymnus cum precibus Dauidis, qui orat, ne Deus iam ſe ſenem deſerat aut abijciat. Aetas robuſta & ardens,

dens, ſimilis meridiei eſt: ætatis extremum, veſperi comparatur. Inuocandus igitur eſt Deus, vt in illa difficili & poſtrema parte ætatis, ſtabiles nos & integros conſeruet, ne à via ſalutis vſquam aberremus.

*Tenax)* conſtans, perpetuus.

*Vigor)* qui vegetat & viuificat res omnes, & earum motum, cultum, cauſas, ordinem, vt ſunt conditæ & diſpoſitæ, relinquit & continuat.

*Immotus in te)* Vt Deus mouet omnia, ita in ſuo ſtatu perſtat immobilis, & vt Dauid ait, permanet in æternum.

*Succeßibus)* Tempora temporibus ſuccedunt, &, vt poëta ait, dies diem trudit.

*Determinans)* definiens, diſtinguens.

*Clarum veſpere)* Sic dicitur. vt, Mane nouum.

*Decidat)* caligine & tenebris aberret, aut à ſtatu beatitudinis deijciatur.

*Præmium mortis ſacræ)* Chriſtus eſt, vt ad Romanos ait Paulus cap. 3. ἀπολύτρωσις καὶ ἱλαστήριον, hoc eſt, noſtra redemptio & propiciatio, qui nobis ſuo ſanguine effuſo, ſolus peperit υἱοθεσίαν, vt ad Epheſios idem nominat, qua filij Dei appellamur, adoptati in Chriſto. Præmia igitur ſacræ eius mortis ſunt, peccatorum remiſſio, iuſticia perfecta, ſalus certiſſima, hæreditas vitæ, gloria ſempiterna.

## QVINTVS, SVB NOCTEM.

### CREPVSCVLVM.

*Te lucis ante terminum*
*Rerum creator poſcimus,*
*Vt pro tua clementia*
*Sis præſul ac cuſtodia.*
*Procul recedant ſomnia*
*Et noctium phantaſmata,*
*Hoſtemq́ noſtrum comprime,*
*Ne polluantur corpora.*

In hoc hymno precamur, vt noctis tempore dormientes, Deus clementer nos tueatur, ab omni inquietudine, & ab eo hoſte defendat, qui dicitur κοσμοκράτωρ τοῦ σκότους, rector tenebrarum, ad Eph. vltimo.

*Lucis ante terminum*) antè quàm lux planè occidat, vnde hymnus ſub noctem ſeu crepuſculum appellari poteſt.

*Rerum creator*) Deo omnipotentia ſemper aſſcribenda.

*Poſcimus*) quaſi iure noſtro: nam qui orare iuſſit, preces ſuſcipit. Verbum eſt plenæ fiduciæ.

*Præſul*) vſitatum, pro præſide aut inſpectore, eſt igitur præſul is, qui curat & tegit alium.

*Cuſtodia*) pro cuſtode, qui vigilat pro alio.

*Recedant ſomnia*) quæ ex actionibus diurnis interdum naturaliter terrent aut vexant.

*Phantaſmata*) terriculamenta & irriſiones, quæ ab inſidiatore diabolo obijciuntur.

*Hoſtem*) qui nullam omittit aut intermittit nocendi occaſionem.

*Comprime*) tarda, coërce.

*Ne pol-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776534-p0147-6

*Ne polluantur corpora)* Ex improba mente & cogitationib. prauis, etiam corporis venit pollutio.

## DE CHORIAMBICO ANACREONTEO.

Choriambicum Aſclepiadeum conſtat ſpondeo, duobus choriambis, & ſyllaba

– –  – ∪ ∪ –  – ∪ ∪ –  –

quo genere præter diuum Ambroſium, & Boëthium nemo, quod ſciam, vſus eſt. Id facilius metimur per numeros carminis Heroici, vt ſit primo loco ſpondeus, altero dactylus cum ſyllaba longa: cui ſi per medium aut moloſſus – – – aut ionicus maior – – ∪ ∪ aut ionicus minor ∪ ∪ – – inſeratur, ex eodem fit perfectus Heroicus, eſt autem hæc menſura Heroica,

– –  – ∪ ∪  –  –  ∪ ∪ – –

## AD DEVM OMNIPOTENTEM, PRO PLVVIA.

*Squallent arua ſoli puluere multo,*
*Pallet ſiccus ager, terra fatiſcit:*
*Nullus ruris honos, nulla venuſtas,*
*Quando nulla viret gratia florum,*
*Tellus dura ſitit, neſcia roris,*
*Et fons neſcit aquas, flumina curſus:*
*Iam cœlos reſeres, aruaq; laxes*
*Fœcundo placidus imbre, rogamus:*

*Abra-*

*Abrami meritis, impia ſecla*
*Donaſti pluuia, nos quoq; dones.*

Tribuuntur diuo Ambroſio hic & ſequens hymnus à Beda in eo libro, quem De metriis ſcripſit. Docet terræ fœcunditatem dari à Deo: & Moſes ſcripſit pluuias terram fœcundantes, promi è theſauris Dei, 5. 28. Pluuias à Deo ſæpe impetrarunt homines pij, fide & precibus, vt Elias propheta in libris Regum: Sameas phariſæus apud Ioſephum: legio Melitena apud Euſebium. Commodam etiam tempeſtatem à Deo cœlitùs dari, & inter has, pluuiam, teſtatur liber Moſis 3. 26. Si in meis mandatis ambulaueritis, dabo vobis pluuiam temporibus ſuis, & quæ ſequuntur. Inde apud Ebræum ſapientem collecta dulciſsima ſimilitudo, Siracidæ 35. Specioſa eſt miſericordia Dei in tempore tribulationis: ſicut nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis.

*Squallent arua ſoli puluere multo)* Expolitio ſententiæ notiſſima, ex cauſis. E pulueribus ſquallor, è ſiccitate pallor, è terrarum hiatu, labes: ex his omnibus ſterilitas, penuria, fames.

*Neſcia roris)* Sumptum hoc ex epicedio Dauidico: in quo imprecatur montibus Gelboicis, vt nec ros, nec pluuia cadat ſuper eos.

*Fons neſcit aquas)* Repetit querelam Eſaiæ cap.

19. quaſi dicat, Minuuntur origines fontium, impediuntur aluei aquarum.

*Reſeres)* quaſi clauſos, nam cœlum ſiccum, ferreum & æneum dicitur: vnde bono verbo vtitur, Reſeres.

*Laxes)* aperias, fœcundes.

*Placidus)* Hoc propriè Deo conuenit, quia dona omnia Dei, ſunt gratia & miſericordia.

*Abrami meritis)* promiſſionibus Abrahamo factis. Veteres Theologi ipſa munera Dei, merita interdum nominant, nō quòd nos mereamur aliquid, ſed quòd Deus in pijs ornat ſua munera, quaſi merita.

## PRO SERENITATE.

*Obduxêre polum nubila cœli,*
*Abſconduntq́ diem ſole fugato.*
*Ieſu parce, tua morte redemptis,*
*Prior diluuium pertulit ætas,*
*Vt mundaret aqua crimina terræ:*
*Sed mundata tuo ſanguine terra eſt,*
*Iam nunc miſſa ferens ore columba*
*Ramum, paciferæ munus oliuæ,*
*Exutas liquido flumine terras,*
*Læto ſignificat lapſa volatu.*

*Obduxêre polum)* texere lucem poli.

*Nubila cœli)* Nubium collectio facit pluuias: earundē diſſipatio, inducit ſerenitatē. Ouid. 5. Met.

Fuſca repurgato fugiebant nubila cœlo.

*Abſcondunt)* vt vel minus appareat, vel certè appareat obſcurior.

*Sole fugato)* Cōſequens infertur ex antecedente.

Tua

*Tua morte*) Cauſa cur parcat Deus, quia filij eius redempti ſumus ſanguine, non auro: morte, non alio quodam precio. Fuit enim ipſe verus pontifex & vnicum λύτρον pro peccatis humani generis.

*Diluuium*) κατακλυσμὸν, quo deleta omnis caro, quæ ſpiritũ vitæ habuit: & aquæ ſuper montes altiſſimos elatæ ſunt cubitis quindecim, Moſes, 1. 7.

*Prior ætas*) Noæ temporibus, Anno ab orbe condito M D C L V I. ante annos videlicet M M M D. CCCLXVIII. in quo diluuio ſoli decem homines manſere ſuperſtites.

*Aqua*) Per aquam, quia fuit pœna impietatis.

*Mundata tuo ſanguine*) Sanguis Chriſti mundat nos ab omni peccato, Iohan. 1. 1.

*Mundaret*) quòd ad vindictam & pœnã attinet.

*Ferens ramum*) Moſ. 1. 8.

*Paciferæ*) Oliuæ ramum olim ferebant, qui pacem peterent. In fauorem Dei mundo recepto, columba allato ramo, aquas ſubſediſſe, & terras eſſe nudatas, ſignificauit.

*Exutas*) liberatas.

*Liquido flumine*) aquis inundantibus.

## DE CHORIAMBO ASCLEPIADEO.

Choriambicum Aſclepiadeum conſtat ſpondeo, duobus choriambis, iambo vel pyrrichio,

– – – ◡ ◡ – – ◡ ◡ – ◡ ◡

cui accinitur in fine alius verſus, ex quo choriambus vnus ſublatus eſt. Hoc quoq;

menſura Heroica pueris facilius, vt primo loco ſit ſpondeus, altero dactylus cum ſyllaba longa, tum ſequantur dactyli duo

– – –∪∪ – –∪∪ –∪∪

## IN ASCENSIONE CHRISTI.

Auctor incertus.

*Feſtum nunc celebre, magnaq́; gaudia,*
*Compellunt animos carmina promere,*
*Cùm Chriſtus ſolium ſcandit ad arduum,*
*Cœlorum pius arbiter.*
*Conſcendit iubilans, lætus ad æthera,*
*Sanctorum populus prædicat inclytum:*
*Concinit pariter angelicus chorus,*
*Victori bono gloriam.*
*Qui ſcandens ſuperos, vincula vinxerat,*
*Donans terrigenis munera plurima,*
*Diſtrictis rediet arbiter omnium,*
*Qui mitis modò tranſiit.*
*Oramus Domine conditor inclyte,*
*Deuotos famulos reſpice, protege,*
*Ne nos liuor edax dæmonis obruat,*
*Demergat vel ad inferos.*
*Vt cùm flammiuoma nube reuerteris,*
*Occulta hominum pandere iudicans,*
*Ne des ſupplicia horrida noxijs,*
*Sed iuſtis bona præmia.*

In hoc hymno ſunt partes tres. Gratulatio ſumpta à tempore, quam nemo pius poteſt prætermittere. Narratio, in qua exprimuntur cauſæ gratulationis: primùm, propter gloriam Chriſti, quem in triumpho ſecuti ſunt Patriarchæ, comitati Angeli: deinde, propter noſtram conſolationem, quòd victoria Chriſti ad noſtram ſalutem pertinet. Petitio, vt nos recipiat quaſi iam deſertos, defendat orphanos, reprimat ſatanam, liberet à iudicio æterno.

*Feſtum nunc)* Gaudendum eſt, quia Chriſtus ad cœlos aſcendit: retinendum illud meritum, quia idem Angeli faciunt: cogitandus etiam fructus, quia nobis vicit, nobis redibit.

*Celebre)* magna frequentia conſpicuum & glorioſum, vt concio celebris, celebris ſenatus.

*Magna)* noua, ſingularia, inaudita. Enos fuit raptus alieno impetu, Elias quadrigis igneis, Chriſtus ſua potentia in cœlum ſublatus eſt, vt Marcus: dextera Dei exaltatus eſt, vt Paulus loquitur.

*Compellunt)* propter beneficij amplitudinem.

*Pius arbiter)* Cœlos ab æterno poſſedit, & nunc meritis poſſidet. Arbiter autem, quia pios aſſumet, ſontes reijciet.

*Iubilans)* verbum è Pſ. 46. ſumptum. Aſcendit Deus in iubilo: propter quam gloriam exultant Angeli, lætatur Eccleſia.

*Lætus)* Victorum propria eſt lætitia.

*Victori bono)* Vicit patiendo, vicit miſeris hominibus:

minibus: vnde verè victor bonus dicitur.

*Qui ſcandens)* Hæc ex Dauidis Pſ. 37. & ex epiſtola Pauli ad Epheſ. cap. 6. ſumpta ſunt, qui Dauidis verba adducit & explicat.

*Diſtrictus)* ſeuerus, inexorabilis: cui opponitur mitis.

*Rediet)* pro redibit, antiquè. vt, Tranſiet ætas, pro tranſibit.

*Oramus)* Precatio contra diaboli inuidiam & potentiam, pro conſeruatione huius vitæ, donec ad cœleſtem & æternam tranſeamus.

*Deuotos)* tibi ſupplices & deditos: in qua ſignificatione Theologicum eſt, vt ſint deuoti, qui ſe alicui vouerunt.

*Reſpice)* vultu & miſericordia tua.

*Protege)* tua dextera & omnipotentia.

*Edax)* auidus, inſaturabilis.

*Flammiuoma)* Ignis enim orbem terrarum perdet, & aduentum filij Dei antecedet ἐκπύρωσις.

*Pandere iudicans)* id eſt, iudicando aperiens, dicta ſententia manifeſtans.

*Noxijs)* timidis.

*Iuſtis)* credentibus.

## DE SAPPHICO HENDECASYLLABO.

Carmen Sapphicum, ſyllabis vndecim abſoluitur, pedibus tribus: conſtans trochæo, ſpondeo, dactylo, & rurſus duplici trochæo.

DE

## De oblato Christo,

Auctor incertus.

*Quod chorus vatum venerandus olim*
*Spiritu ſancto cecinit repletus,*
*In Dei factum genitrice conſtat*
*Eſſe Maria.*
*Hæc Deum cœli Dominumq́ terræ*
*Virgo concepit, peperitq́ virgo,*
*Atq post partum meruit manere*
*Inuiolata.*
*Quem ſenex iuſtus Simeon in vlnas,*
*In domo ſumpſit Domini, gauiſus*
*Hoc quod optauit, proprio videre*
*Lumine Chriſtum.*
*Tu libens votis petimus precantum,*
*Regis æterni genitus faueto,*
*Clara qui celſi reuidens Olympi*
*Regna petiſti.*

Chriſti perſona Dei & hominis, in hoc hymno bene deſcribitur, qui ex Deo patre natus, & Spiritus ſancti bonitate patefactus ſit, & ſeipſe in mundo conſpiciendum dederit.

*Chorus vatum)* Iſaias, Dauid, Micheas, multi alij: qui tribum, ſtirpem, matrem, nomen, locum, patriam, tempus, nuncios prædixerunt.

*Venerandus)* propter auctoritatem & veritatem. Auctoritatem habet, propter Spiritum ſanctum do-

ctorem : veritatem, quia vaticinijs reſpondit euentus.

*Spiritu ſancto cecinit)* Apoſtolus Petrus ait 2. 1. Spiritu ſancto motos, ſeu (vt hic auctor) repletos, eſſe locutos homines Dei ſanctos. Teſtatur & epiſtola ad Ebræos, Deum locutum ſeculis antiquis per prophetas : nobis, temporibus vltimis, per filium.

*In Dei factum genitrice)* in virgine Maria, τῇ θεοτόκῳ. Miranda ſunt, Deum habere matrem, virginem concipere ſine viro, virginem parere ſine nixu, virginem poſt partum eſſe inuiolatam.

*Senex iuſtus)* Iuſti dicuntur, Noa, Dauid, Zacharias, Simeon propter fidem in Chriſtum promiſſum, hi verò propter eundem exhibitum & viſum. Iuſtus igitur ſenex hic, coram Deo ſola fide : coram hominibus, quia integer in lege, in ritibus ſanctè, & ſine repræhenſione inter alios vixit.

*Hoc quod optauit)* & ſecundum optata, ita futurum è Spiritu ſancto diuinitùs acceperat, Luc. 2.

*Regis æterni genitus)* Chriſtus æterni patris coæternus filius.

*Reuidens)* rurſus videns, quæ ad tempus inter mortales viuens, exinanitus reliquiſti, vt cum gloria maiore, & cum ſalute generis humani, repeteres, quod poſſediſti ab æterno.

# LIBRI DE RE POETICA INDEX.

## A.


Ab armis recedere 102
Ab ineunte ætate 54
Ad iram concitare 39
Aetatem exigere 54
Aetatem renouare vel extendere 55
Agitare conuiuium 65
Alloqui 27
Amandi variæ elocutiones 43
Amor & amare 41
Amore incendere 42
Amore incendi ibid.
Amori reſiſtere ibid.
A mortuis excitare 58
Amplecti 47
Animum attendere 41
Animo reputare ibid.
Animo tenere ibid.
Appellare aliquam 49
Appellere 88
Arare 91
Arcum tendere 96
Aſpicere 60
Audire 25.

B.

Beneficiū rependere 81
Bibere 64
Blandiri 48.

C.

Cædem facere 113
Capi vel depræhēdi 114
Canere 71
Capillos negligere 67
Capillos ornare ibid.
Caput efferre 59
Caput ceruicib. abſcindere 111
Carmen ſcribere 21
Celebrari 24
Certare 99
Cithara canere 71
Claudere oculos 57
Conuiciari 29
Coquere 62
Cremare 89
Criminib. inſimulare 30
Cubitum ire 74
Cum periculo aggredi 100
Curis confici 31
Curas abijcere 32

D.

Dare dextram 81
Dare mammam 53
Dare ſe præcipitem 113
Dare pœnas 116
Deo fauente 71
Deo irato ibid.
Deuorare 64
Diem feſtum agere 68
Diruere vrbem 98

Docere artes 23
Dormire 74.
E.
E vulnere telum trahere 108
Edere 63
Egredi domo 80
Eijcere in exilium 106
Equitare 93
Eruere alicui oculos 111
Euaneſcere 90
Eunuchum facere 47
Euomere 64
Exuere veſtes 73.
F.
Facere naufragium 87
Facere promiſſum 81
Famem depellere 64
Ferre æquo animo 38
Finem facere 117
Fugare ſomnos 76
Fugere 79.
G.
Gaudere 33
Genus ducere 52
Gladio cingi 107
Gladium educere ibid.
Grauidam eſſe 51.
H.
Habenas manu tenere 94
Habenas relaxare ibid.
Habenas contrahere 95
Habenas detrectare ibi.
Habenas regere ibid.
Haſtam vel telũ aliquod torquere 97
Hoſpitio vti 80
Hoſpitium præbere ibid.
I.
Iaculari 90
Imponere capiti ſertum 66
Imperare 105
Imperij fines proferre ibid.
Imperium deferre ibid.
In alicuius manib. mori 57
In lucem proferre 29
In vincula conijcere 114
Incedere 79
Induere veſtes 73
Ingemiſcere 34
Ingredi domum 79
In officio 61
Iraſci 38
Iram deponere 39
Iræ moderari ibid.
Ire 77
Ire paſſu tremulo ibid.
Iurgare vel litigare 27
Iuſta facere 57.
L.
Laborare 61
Lacrimare 34
Lacrimas ſiſtere 35
Lauare 73
Leges victis imponere 105

Lite-

Literarum 20
Loqui 25
Loqui inſolenter 27
Loqui per ſigna ibid.
Luctum leuare 33
Lugere ibid.

M.

Mandare 105
Mandata exequi 106
Maris poëtica vocabula 82
Matrimonium 44
Matrimonium promittere 45
Matrimoniũ inire ibid.
Matrimonij fidem fallere 46
Matrimoniũ odiſſe ibid.
Mederi 109
Menſas extruere 62
Menſas euertere ibid.
Metuere 30
Metum abijcere 31
Minari 29
Moram afferre 78
Mordere 63
Mori 55
Mortuus 56
Mouere lacrimas 36.

N.

Naſci 52
Natare 88
Nauigare 82
Nauis concuſſa vento 86
Nere 90
Nomen imponere 53.

O.

Obſidere 98
Occidentis ſideris 76
Occidere 111
Oculos tollere 59
Oculos demittere ibid.
Oculos alicui eruere 111
Opibus ſpoliare 106
Opitulari 115
Oram ſoluere 82
Orientis ſideris 76
Oſculari 48
Ocioſum eſſe 61.

P.

Parere 51
Parere gemellos ibid.
Partum medicamentis abigere vel necare 52
Pinſere 93
Plangere & eius Synonima 36
Pœnam ſtatuere 116
Pœnam minuere ibid.
Portas aperire 99
Portas claudere ibid.
Precari 103
Preces audire 104
Properare 79
Pulſare tympana 72
Punire 115
Pugnare 100.

Q.

Queri 30.

Redi-

R.

Redire cum literis in gratiam 23
Remigare 87
Repetere verba 28
Reſiſtere 78
Reſpondere 28
Retia tendere 93
Retro nauigare 84.

S.

Sacra facere 70
Saltare 72
Sepelire 58
Sequi veſtigia 78
Serere 92
Signorū militarium 102
Sitire 65
Sitim explere ibid.
Solari 38
Somnum inducere 57
Sopiri ibid.
Spectacula exhibere 73
Sperare 32
Spondere 68
Sub iugum ducere 92
Subiugare 102
Supplicem eſſe 103.

T.

Tacere 28
Tegere vultum 61
Tela veneno illinire 96
Terra mariq; 82
Transfigere 109.

V.

Vbera trahere 53
Venari 93
Venire ad manus 100
Venire in eundem thalamum 50
Venti obſecundantes 85
Ventis aduerſis ibid.
Ventos excitare ibid.
Ventos ſedare 86
Vim parare 49
Vim pati 50
Virgo 40
Viriles contactus fugere 46
Vitam donare 112
Vitam laqueo finire 113
Vitium offerre 50
Viuere 53
Volare 89
Vouere 69
Vrbem extruere 97
Vulnerare 107
Vulnus accipere 108
Vulneri ſe ſubducere ibi.
E vulnere telum trahere ibid.
Vulnus curare ibid.
Vulnus renouare 109
Vxor 41.

## VOCVM EXPOSITARVM INDEX.

A.

Accipere 65
Aeſtus 41
Anima 55
Ardor 41.

B.

Bibere aure 13.

C.

Calor 41
Caput tollere 59
Cera 20
Componere 58
Condere 22
Currere 83.

D.

Dare ore carmina 26
Dicere carmen 22
Digerere pœnas 116
Ducere carmina 22.

E.

Eſſe in pœna 117
Exigere 24.

F.

Facere 21
Facere nomina 53
Faces 41
Flagrare amore 42
Flamma 41
Flumen 53
Fons ibid.
Fuit 57
Furor 41.

G.

Gutta 35.

H.

Hærere pectoribus 25
Hiems amoris 44
tempeſtatis 85.

I.

Iacêre 58. 74
Ignis pro amore 41
pro ira 39
Imber 35
Incendia 41
Ire 82
Iungere 45.

L.

Lethare 111
Ludere 21
Lumina 59.

M.

Maris vocabula 82
Mouet caput 75.

P.

Plangere 36.

Q.

Querela ante diem 30
cum multis ibid.
Quieſcere 74.

R.

Rabies 38
Recurſus 83
Referre 28
Reſequi ibid.
Ros 35
Rumpere ſilentia 26.

S.

Saucius 29
Soluere 65
Solutus 112
Stimuli 41.

T.

Tabella 20
Tela 52
Tempus dare in iram 39
Tepere 41
Torquere capillos 67
Toxicum 97
Tumere 28
Tumor ibid.

V.

Velificare 84
Venti ſui 85
Verba dare 25
Vincula 42
Virgo 40
Vulnus ibid.

Z.

Zonam recingere 50.

## SENTENTIARVM INDEX.

A.

Ad Fortunatum 131
Amicitia incerta 122
Amor 121
Amor Dei 128
Aſinus 130.

B.

Bona conſcientia 129

C.

Canere 125
Chriſti beneficia ſunt noſtra 129
Chriſtiani 127
Chriſtus ibid.
Conſcientia 131
Cultus Dei 127
Curuare 126.

D.

Defunctus 130
Dei maieſtas 126
Deitas ibid.
Deus monitor 130
non fallitur ibid.
Domicilium 124
Domus paterna 122.

F.

Facere 125
Fides 127.129
Fletus & viſus 119
Fortitudo 124.

G.

Gratia diuina 131.

H.

Homo vagus 123
Humana incerta 128.

I.

Imago 124
Immodica non durant 123
Immortalitas 121

Impe-

INDEX.

Imperator 126.127
In Licinum 122
Lycorim 123
Parcum 121
Zoilum 124
Inſcitia 121
Ira, ebrietas 29
Iuuenis prudens 119.

L.

Lactuca 121
Legere 126
Liber 124
Liberalis 127
Liberalitas 122
Libertas 123.

M.

Mens 126
Morio 119.121
Mors 120.128.

N.

Nobilitas 128
Nuditas 120.

P.

Patientia 128
Pœnitentia 131
Pompeius & filij 122
Princeps bonus, malus 126
Pumilio 119

R.

Rapa ibid.
Regnum 121.

S.

Sabbathum 129
Sepulchrum 120
Somnus 123.

T.

Tollere 225
Tumulus 124.

V.

Victoria 130
Vindicta 128
Vir bonus 123
Virgo & mater 118
Vita ibid.
Chriſtiana 128
Craſtina 120
Honeſta 125
Incerta 120
Præſens 119
Viuere 125
Vxor 123.

*FINIS.*

LIPSIAE,
Imprimebat Iohannes Steinman.
ANNO 1572.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776534-p0163-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776534-p0165-5

Vorschrift zu Dintemache

2 Lott Gallus

$\frac{1}{2}$ lott Gummi

$\frac{1}{2}$ lott Vitriol.

Cl. 1649. 8

ULB Halle 3
005 918 677

Cl. 1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776534-p0167-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776534-p0168-2

# GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS

# EPITOMES PROSODIAE ET ELEGANTIARVM POETICARUM Liber, additis exemplis.

Cb
1847



LIPSIAE.

CVM PRIVILEGIO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776534-p0169-1